agitur siue nõ. In missis tamẽ vigiliarũ et sanctorum. iij. lec. et in missis defũctorum/que in capitulo in dñicis dicũtur: non dicitur. Sed si missa dñicalis in capitulo dicit: tunc dicitur **Credo** Dicetur etiã per octo dies nati. dñi/pasche/ et pẽthe. et in omni dupl. festo per annum: et in omnibus festis apostolorũ et euãgelistarũ: et in vtroqz festo sancte crucis: et in festo sancte marie magdalene: et ĩ vtroqz festo sancti michaelis: et in missa sponsaliũ. Dicetur etiã ad missã de sãcta maria: quãdo ad missã de die dicendũ est per totũ annũ: et in festo alicuius sancti in cuius honore dedicatũ est altare vel ecclesia ad altare eiusdem sancti tantum. Post **Credo**/dicat sacerdos **Dñs vobiscum: et Oremus.** Offr. **Ad te domine leuaui animã meã: deus meus in te cõfido non erubescam. neqz irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non cõfundẽtur. V. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus salutaris meus/et te sustinui tota die. V. Respice in me et miserere mei dñe: custodi animã meam et eripe me: non confundar quoniam inuocaui te.** Isti duo versus dicunt per ebdomadã alternis vicib' quãdo de feria agit: et nõ in die dñica/ quod per totum annũ obseruetur quãdo V. offertorij habent. Nũqz dicuntur duo versus cũ offertorio in vna feria: nec dicunt post offr. nisi in ferijs per aduentum: et a lxx vsqz ad cenã dñi tantũ. Secreta.

Hec sacro nos domine/potẽti virtute mundatos: ad suum faciant puriores venire principiũ. Per dominũ. Per totũ aduẽtum non dicitur prefatio: nisi quotidiana quãdo de temporali agit. Cõio. **Dñs dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum:** Postcõio.

Suscipiamus dñe misericordiã tuã/in medio tẽpli tui: et reparationis nostre venture solẽnia/cõgruis honoribus precedamus. Per do. ¶ Feria. ij. quãdo de feria agit: ad missã officiũ. **Ad te leuaui.** ps. **Uias tuas. Gloria patri.** Repetat officiũ **Ad te.** Hoc modo semper dicit officiũ ad missã quãdo chorus nõ regit: nisi infra passionẽ dñi. Hec missa dicitur per totam ebdomadã: nisi festũ. ix. lec. vel octa. sãcti andree intercurrãt: et nisi quãdo dicitur missa **Salus populi.** vel aliqua cõmemoratio sancti loci: vel de sancta maria facienda fuerit. Et semper cum suo **Alla** dr missa dñicalis: qd per totũ annũ obseruetur/quando **Alla** dicit Dicetur etiã **Alla**/ad omnẽ missam de die per annũ. preterqz a lxx. vsqz ad vigi. pasce/ et exceptis vigi. extra dñicã et tẽpus pasce cõtingẽtibus: exceptis etiã quattuor temporibus que extra ebdomadã penthe. contigerint. ¶ Feria iiij. Lectio epistole bti Jacobi apli. v.

Charissimi. Patientes estote/ vsqz ad aduentum dñi. Ecce eñi agricola expectat preciosum fructũ terre/patienter ferens: donec accipiat temporaneũ et serotinum. Patientes igit estote et vos: et confirmate corda vestra: quoniam aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fra-

tres in alterutrū: vt nō iudicemini. Ecce enī iudex: ante ianuā expectat. Exēplū accipite fratres carissimi: exitus mali ꝛ lōganimitatis et laboris et patientie prophetas: qui locuti sunt: in noīe dñi nostri: iesu christi. ¶ Iniciū scti euāgelij secundū Marcum. .i.

PRincipiū euāgelij iesu christi filij dei: sicut scriptū est i isaia propheta. Ecce ego mitto angelum meū ante faciē tuam: qui preparabit viā tuam ante te. Vox clamātis in deserto: parate viam domini: rectas facite semitas eius Fuit in deserto iohānes baptizās et predicās baptismū penitentie: in remissionē peccatoꝝ. Et egrediebatur ad eū oīs iudee regio: ꝛ hierosolymite vniuersi: ꝛ baptizabātur ab illo in iordanis flumine: cōfitentes peccata sua. Et erat iohānes vestitus pilis camelorū: et zona pellicea circa lūbos eius. Et locustas / et mel siluestre edebat: et predicabat dicēs Venit fortior me post me: cuiꝰ nō sum dignus procūbens / soluere corrigiā calciamētorꝫ eiꝰ. Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sācto ¶ Si aliqđ festū vnde fieri debeat seruitiū / in hac quarta feria contigerit: epistola prenotata et euangel'. legant̄ in quinta feria / si vacauerit. sin autem / omnino pretermittant̄ eo anno. ¶ Feria vi. Lectio isaie prophete li.

HEc dicit dñs deus. Audite me qui sequimini quod iustū est: ꝛ queritis dñm. Attendite ad petrā vnde excisi estis: et ad cauernā laci / de qua precisi estis. Attendite ad abrahā patrē vestrum: et ad sarā que peperit vos. Quia vnū vocaui eum: et benedixi ei: et multiplicaui eū. Cōsolabitur ergo dñs syon: et ꝯsolabitur oēs ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delicias: et solitudinē eius / quasi ortū dñi. Gaudiū et letitia / inuenief in ea: gratiarū actio / et vox laudis. Attēdite ad me popule meus: et tribus mea me audite. Quia lex a me exiet: et iudiciū meum / in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus: egressus est saluator meus: et brachia mea populos iudicabūt. Me insule expectabūt: et brachium meum sustinebūt. Leuate oculos vestros in celum: et videte sub terra deorsum. Quia celi sicut fumus liquescent: et terra sicut vestimentum atteretur / et habitatores eius sicut hec interibūt. Salus autem mea in sēpiternū erit. Et iusticia mea non deficiet. Audite me: qui scitis iustum: populus meus / lex mea in corde eorū. Nolite timere obprobriū hominū: et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimētū / sic comedet eos vermis: et sicut lanam / sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea / in sempiternū erit: et iusticia mea / in generationes generationum.

¶ Secundum Matheum. iii.

IN illo tpe. Venit iohānes baptista: predicans in deserto iudee / et dicens. Penitentiam agite: appropinquabit enī regnū celoꝝ. Hic est enim de quo dictum

est: per isaiã pphetã dicentẽ. Uox clamãtis in deserto: parate viam domini: rectas facite semitas eius Ipse autẽ iohãnes habebat vestimentũ de pilis camelorũ: et zonã pelliceam circa lũbos suos. Esca autem eius erat locusta: et mel silvestre. Tunc exibat ad eum hierosolyma/et omnis iudea: et omnis regio circa iordanem: et baptizabantur ab eo in iordane/ confitentes peccata sua ¶ Si vero vi. feria non vacauerit: predicta epistola et euãgel. omnino pretermittãtur: et hoc per totũ aduẽtum: et a Domine ne i ira. vsqz ad quinquagesimã: et ab octa. pasche vsqz ad primã dominicã ante ascẽn. dñi obseruet. A Deus omnium / vsqz ad aduentum domini / si quarta et quinta feria nõ vacauerint: tũc in sexta feria legantur epistole et euangelia de quarta feria/si vacauerit: sinautẽ/omnino pretermittant. Nunqȝ eni legant epistole et euãgel. de quarta feria in ij. feria vel in iij. fe. necqz epistola et euangel. de vi. fe. in v. feria. Nõ enim debet seruitium anticipari secundum vsum sarũ. ¶ Dñica secũda aduẽtus dñi Ad missã Officiũ



Populꝰ syon: ecce dominꝰ veniet ad saluãdas gentes: et auditã faciet dñs gloriã vocis sue/i leticia cordis vestri. ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouẽ ioseph. Repetat officiũ scz Populus. Gl'ia patri. Oro.

Excita domine corda nostra/ ad preparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduẽtũ/purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecũ viuit et regnat/ in vnitate spiritussancti. etcetera.

¶ Ad Romanos. xv

Fratres. Quecunqz eni scripta sunt: ad nostrã doctrinã scripta sũt: vt per patientiã et consolationẽ scripturarum/spem habeamꝰ. Deus autẽ patiẽtie et solacij/det vobis idipsũ sapere in alterutrum secundũ iesum christũ: vt vnanimes vno ore honorificetis deũ / et patrem dñi nostri iesu christi. Propter quod suscipite inuicẽ: sicut et christus suscepit vos in honorem dei. Dico eni christũ iesum/ ministrũ fuisse circuncisionis: propter veritatem dei/ad confirmandas promissiones patrum Gẽtes autem super misericordia honorare deum: sicut scriptũ est. Propterea cõfitebor tibi in gentibus dñe: et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gẽtes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum: et magnificate eum omnes populi. Et rursus/ isaias ait. Erit radix iesse: et qui exurget regere gentes/ in eum gentes sperabũt. Deus autẽ spei: repleat vos omni gaudio et pace in credendo: vt abundetis in spe: et virtute spiritus sancti.

Gr. Ex syon species decoris eius: deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius: qui ordinauerunt testamẽtum eius super sacrificia. Alleluia. ℣. Uirtutes celi mouebunt: et tunc videbũt filiũ hominis venientem in nubibus celi/cũ potestate et maiestate magna. Sequẽtia

Regnantem sempiterna per secla susceptura: concio deuota cōcrepa. Diuino sono/facto ri reddēdo debita. Qui iubilant agmina celica: eius vultu exhilarata. Quem expectāt omnia terrea/eius nutu examinanda. Districtū/ad iudicia. Clementem in potentia. Tua nos salua christe clemētia: propter quos passus es dira. Ad poli astra subleua nitida/qui sorde tergis secula. Influat salus vera/effugans pericula. Omnia vt sint munda/tribue pacifica. Ut hic tua salui misericordia. Leti regna: post adeam⁹ supera. Quo regnas: secula per infinita.

¶ Secundū Lucam. xxi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Erūt signa in sole/et luna/et stellis: et in terris pressura gentium/pre confusione sonitus maris et fluctuū: arescentibus hominibus/pre timore et expectatione que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celorū mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube: cum potestate magna/et maiestate. His autem fieri incipientibus: respicite et leuate capita vestra/quoniā appropinquat redēptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam: et omnes arbores. Cum producūt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est estas. Ita et vos cum videritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec: donec omnia fiāt. Celum et terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Offertoriū.

Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terrā tuā: auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniquitatē plebis tue. ℣. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi. veritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Secreta.

Placare quesumus dñe humilitatis nostre precibus et hostiis: et vbi nulla suppetunt suffragia meritorum: tuis nobis succurre psidiis. Per dñm nostrum iesum christum. Prefatio quotid.

Communio. Hierusalem/surge et sta in excelso: et vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo. Postcōmunio.

Refecti cibo potuque spiritalis alimonie/supplices te domine deprecamur: vt huius participatione misterii: doceas nos terrena despicere/et amare celestia. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. ¶ Feria iiii.

Lectio zacharie prophete viii.

Hec dicit dominus deus exercituum. Reuersus sum ad syon: et habitabo in medio hierusalem: et vocabitur hierusalem ciuitas veritatis: et mons domini exercituum/mons sanctificatus. Hec dicit dñs deus exercituū. Adhuc habitabunt senes et anus in plateis hierusalem: et viri baculus in manu ei⁹/pre multitudine dierū. Et platee ciuitatis cōplebunt infātib⁹: et puellis ludētib⁹ in plateis eius. Hec dicit dñs exercituū.

Si difficile videbitur in oculis reliquiarũ / populi huius in diebus illis: nũqđ in oculis meis difficile erit dicit dñs exercituũ? Hec dicit dñs exercituũ. Ecce ego saluabo populum meũ / de terra orientis / et de terra occasus solis: et adducam eos / et habitabunt in medio hierusalẽ: et erunt mihi in populũ / et ego ero eis in deũ: in veritate ꝛ iusticia: dicit dñs oĩpotens.

¶ Secundũ Matheum. xj.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorum: et discipulis suis. Amẽ dico vobis: inter natos mulierum / non surrexit maior iohanne baptista. Qui autẽ minor est in regno celorũ: maior est illo. A diebus autẽ iohannis baptiste vsqꝫ nunc / regnũ celorum vim patitur: ꝛ violenti rapiũt illud. Oẽs enĩ prophete et lex: vsqꝫ ad iohannem prophetauerũt. Et si vultis recipere: ipse est helias qui venturus est. Qui habet aures audiẽdi: audiat. ¶ Feria vj. do. ij. aduen.

Lectio isaie prophete lxij.

Hec dicit dñs deus. Super muros tuos hierusalẽ constitui custodes: tota die et tota nocte imperpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini dñi / ne taceatis: ꝛ ne detis silentiũ ei / donec stabiliat: et donec ponat hierusalem laudẽ in terra. Jurauit dñs in dextera sua: ꝛ in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticũ tuũ / vltra cibũ iimicis tuis: et si biberint filij alienigene vinũ tuũ / in quo laborasti. Quia qui cõgregabũt illud comedẽt / et laudabunt dñm: et qui comportãt illud / bibent in atrijs sãctis meis. Transite / transite per portas: preparate viã populo / planũ facite iter: ꝛ eligite lapides: et eleuate signum ad populos. Ecce dñs auditũ fecit in extremis terre. Dicite filie syõ / ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo: ꝛ opus illius corã illo. Et vocabũt eos populus sanctus: redempti a dño. Tu autem vocaberis quesita ciuitas: et nõ derelicta

¶ Secundũ iohannem. .j.

In illo tpe. Johannes testimoniũ perhibebat de dño / et clamabat dicẽs. Hic erat quem dixi: qui post me venturus est / ante me factus est: qꝛ prior me erat. Et de plenitudine eius: nos omnes accepimus gratiã pro gratia: quia lex per moysen data est: gratia et veritas: per iesum christũ facta est. Deũ nemo vidit vnqꝫ. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrabit. ¶ Dñica tertia aduẽtus Ad missã Officiũ.



Gaudete in dño semp / iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit oĩbus hominibus dñs prope est. nichil soliciti sitis: sed in omni oratiõe / petitiones vestre innotescãt apud deum. Ps. Et pax dei que exuperat omnem sensum: custodiat corda vestra / et intelligentias vestras. Oratio.

Aurem tuam q̃s dñe precibus nostris accommoda: et mentis nostre tenebras: gratia tue visitationis illustra. Qui viuis et regnas cum deo patre. ꝛc.

¶Ad corinthios. .j.iiij.

FRatres. Sic nos existimet homo: vt ministros christi et dispensatores ministeriorū dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab hūano die: sed neque meipsum iudico. Nichil enī michi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat dn̄s: qui et illuminabit abscōdita tenebrarū/et manifestabit cōsilia cordiū: et tunc laus erit vnicuique a deo. Gr̄. Qui sedes domine super cherubin: excita potentiam tuā et veni. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouē ioseph. Alla. ℣. Excita dn̄e potentiā tuā et veni: vt saluos facias nos.

Sequētia

QUi regis sceptra: forti dextra/solus cuncta. Tu plebi tuā: ostēde magnā/excitando potentiam. Presta illi: dona salutaria. Quē predixerūt: prophetica vaticinia. Aclara poli regia. In nostra iesu: veni dn̄e arua. ¶Secundū Matheū. xi.

IN illo tēpore. Cū audisset iohannes in vinculis opera christi: mittens duos de discipulis suis: ait illi. Tu es qui venturus es: an aliū expectamus? Et respōdens iesus: ait illis. Euntes renūciate iohanni: que audistis et vidistis. Ceci vidēt: claudi ambulant: leprosi mūdantur. Surdi audiunt mortui resurgūt: pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scādalizatus in me. Illis autem abeuntibus: cepit iesus dicere ad turbas de iohāne. Quid existis in desertū videre? Arundinē vento agitatā? Sed quid existis videre? Hominē mollibus vestitū? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regū sūt. Sed qd existis videre? Prophetā? Etiā dico vobis/et plusque prophetā. Hic est enī de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelū meū ante facie tuā: qui preparabit viā tuā ante te. Offer. Benedixisti dn̄e terram tuam: auertisti captiuitatē iacob/remisisti iniquitatem plebis tue. ℣. Operuisti oīa peccata eorum: mitigasti omnem irā tuā. ℣. Ostende nobis dn̄e miam tuā: et salutare tuū da nobis.

Secreta.

DEuotionis nostre tibi dn̄e q̄s hostia iugiter immoletur: que et sacri peragat instituta mysterij: et salutare tuū nobis mirabiliter operetur. Per dn̄m. Prefatio quotid. Cōio. Dicite pusillanimes confortamini/et nolite timere: ecce deus noster veniet et saluabit nos.

Postcōio.

IMploramus dn̄e clemētiā tuā: vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos: ad festa ventura nos preparent. Per dominum.

¶Feria quarta quattuor temporum Ad missam.

Officium.

ROrate celi desuper: et nubes pluāt iustum. Aperiatur terra/et germinet saluatorē. Ps. Et iusticia oriatur simul: ego dominus creaui eum. Sequatur oratio/sine Dominus vobiscū: sed tantum cum Oremus.

Oratio.

PResta q̄sumus oīpotēs deus: vt redemptionis nostre

uētura solēnitas: et p̄sentis nobis vite subsidia cōferat: et eterna bti-tudinis p̄mia largiat̄. Per eundē.

Lectio Isaie prophete. ij.

IN diebus illis. Dixit isaias p̄pheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montiū: et ele-uabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gētes: et ibunt popu-li multi et dicent. Venite ascenda-mus ad montem domini/et ad do mū dei iacob: et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eius: quia de syon exibit lex/et ver bum dn̄i de hierusalem: et iudica-bit gentes et arguet populos mul tos. Et conflabūt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladiū: nec exercebuntur vltra ad preliū. Dom⁹ iacob: venite et am-bulemus in lumine dn̄i dei nostri Gr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales/et introibit rex glorie. V. Quis ascēdet in mōtē domini: aut quis stabit in loco sancto eius: inno-cens manibus et mundo corde. Hic non repetat̄ grad. sed statim sequatur Dn̄s vobiscū: et Oremus. Oratio

FEstina q̄s dn̄e ne tardaue-ris: et auxiliū nobis super-ne virtutis impende: vt aduentus tui cōsolationibus subleuent̄: qui in tua pietate cōfidunt. Qui viuis et regnas cum deo patre. etc. Hic di cuntur memorie consuete. Episto la. Lectio Isaie p̄phete. vij.

IN diebus illis. Locutus est dn̄s ad achaz dicens. Pete ti bi signum a dn̄o deo tuo in profū-dū inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petam: et nō temptabo dominū. Et dixit. Au-dite ergo domus dauid. Nūquid parū vobis est molestos esse homi nib⁹: q̄a molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet et pa-riet filiū: et vocabitur nomen eius emanuel. Butyrum et mel come-det: vt sciat reprobare malū et eli-gere bonum. Gr. Prope est dn̄s oīb⁹ inuocātib⁹ eū: oīb⁹ q̄ īuocāt eū in veritate V. Laudē dn̄i loquet̄ os meū: et benedicat oīs caro nomē sc̄tū eius. Repetat̄ gr.

¶ Secundū Lucam. primo

IN illo tp̄e. Missus est ange-lus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth: ad vir ginē desponsatam viro cui nomē erat ioseph de domo dauid: et no-men virginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mu-lieribus. Que cū audisset: turba-ta est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio Et ait an gelus ei. Ne timeas maria: īueni-sti eni gratiā apud deū. Ecce cōci-pies in vtero et paries filiū: et vo-cabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabi tur. Et dabit illi dn̄s deus sedē da-uid patris eius: et regnabit in do-mo iacob ineternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelū. Quomodo fiet istud: quoniā virū non cognosco? Et re-spōdēs angelus: dixit ei. Sp̄us sc̄-ctus supueniet in te: et virtus altis-simi obūbrabit tibi. Ideoq̄ et q̄d

nascet ex te sāctū: vocabit fili⁹ dei Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocat sterilis: qꝛ nō erit ipossibile apud deum omne verbum. Dixit autē maria. Ecce ancilla domini: fiat michi secundū verbū tuū. Offer.

Aue maria gratia plena dn̄s tecum: benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. V. Ideoqꝫ et quod nascetur ex te sanctum/ vocabitur filius dei.

Et dicitur cū suo versu. Secreta.

Salutari ieiunio cōpetentes domine hostias imolam⁹: presta vt ad natiuitatē panis eterni/ his officiis pparemur. Per eundem. Prefatio quotidiana. Cōio.

Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Postcōio

Salutaris tui domine munere saciati/ supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu: renouemur effectu. Per dominum.

Feria. vi. q̄ttuor tpm Officiū.

Prope esto dn̄e: et omnes vie tue veritas. initio cognoui de testimoniis tuis: qꝛ in eternū tu es. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulāt in lege dn̄i. Oro.

Excita q̄s dn̄e potentiam tuā et veni: vt hi qui in tua pietate cōfidūt: ab omni citius aduersitate liberent. Qui vi. et regnas cū deo. Lectio Isaie prophete. xi.

Hec dicit dn̄s deus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet sup eū sp̄us dn̄i: spiritus sapiētie et itellectus: spiritus ꝯsilii et fortitudinis: spiritus scientie et pietatis: et replebit eū spiritus timoris dn̄i. Nō secundū visionē oculorū iudicabit: neqꝫ secundū auditum aurium arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui ⁊ spiritu labiorū suorū interficiet impiū. Et erit iusticia cingulū lūborū eius: et fides cinctoriū renum eius. Gr.

Ostende nobis dn̄e misericordiā tuam: et salutare tuū da nobis. V. Benedixisti dn̄e terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Repetat grad. Scd̄m Lucā .j.

In illo tpe. Exurgēs maria abiit in montana cū festinatione in ciuitatem iuda: ⁊ intrauit in domū zacharie: et salutauit elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est sp̄ū sancto elizabeth: et exclamauit voce magna/ et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater domini mei ad me? Ecce eni vt facta est vox salutatiōis tue i aurib⁹ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficient ea/ que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat aīa mea dn̄m: et exultauit spiritus me⁹: in deo salutari meo. Offer. Deus tu conuersus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit in te. ostēde nobis dn̄e miam tuā: ⁊ salutare tuū da nobis. V. Bn̄dixisti dn̄e terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob: remisisti iniquitatē plebis tue. V. Mia et veritas obuiauerunt

sibi: veritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Secreta.

Sacrificijs q̄s dn̄e salutarib⁹ his dieb⁹ aptemur propēsius: q̄bus illud est mysteriū celebrādū: cui seruit oīs executio mādatorū. P do. Prefatio quotid. Cōio.

Ecce dn̄s veniet/et oēs scti eius cum eo: et erit in die illa lux magna. Postcōio.

Perfice q̄s dn̄e miam tuā populo supplicāti: quē tuorū refectū largitate donorū: et instantius gratiā postulare maiorē: et fiducialius sperare ɔcedas. Per do.

¶ Sabbato q̄ttuor tpm Ad mis.



Veni et ostende nobis faciē tuā/ dn̄e q̄ sedes sup cherubin: et salui erimus. ps. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouem ioseph. Oēs oratiōes sine Dominus vobiscū dicunt: preter vltimā/ que est ante epistolā: sed tantū cū Oremus. Et oēs lectiōes cum suis titulis legant. Oremus.

Deus q̄ ɔspicis q̄a ex nr̄a prauitate affligimur: ɔcede ppicius: vt ex tua visitatiōe consolemur. Qui vi. et reg. cū deo patre.

Lectio Isaie prophete. xix.

In dieb⁹ illis. Clamabūt ad dn̄m a facie tribulantis: et mittet eis saluatorē et ppugnatorē/qui liberet eos. Et cognoscetur dn̄s ab egypto: et cognoscēt egyptij dn̄m in die illa: et colēt eū in hostijs et munerib⁹: et vota vouebūt dn̄o/et soluēt. Et pcutiet dn̄s egyptū plaga: et sanabit eā. Et reuertēt egyptij ad dn̄m/et placabit eis: et sanabit eos/ dn̄s deus noster. Gr.

A sūmo celo egressio ei⁹: et occursus ei⁹ vsq ad sūmū ei⁹. V. Celi enarrāt gloriā dei et opera manuū ei⁹ annūciat firmamentū. Nō repetat gr: sȝ dicat stati Orē⁹.

Concede q̄s oīps deus: Oro vt q̄ sub peccati iugo/ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate/liberemur. Qui tecum.

Lectio Isaie prophete. xxxv.

Hec dicit dn̄s. Letabit deserta et inuia: et exultabit solitudo: et florebit quasi liliū. Germinās germinabit: et exultabit letabūda/et laudās. Gloria libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbunt gloriā dn̄i: et decorē dei nr̄i. Cōfortate man⁹ dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes: ɔfortamini/et nolite timere. Ecce deus nr̄: vltionē adducet retributiōis: deus ipse veniet/et saluabit nos. Tūc aperient oculi cecorū: et aures surdorū patebunt Tūc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorū. Quia scisse sūt in deserto aque: et torrētes in solitudine. Et que erat arida/in stagnū: et sitiēs/ in fontes aquarū Ait dn̄s oīps. Gr. In sole posuit tabernaculū suū: et ipse tanq̄ spōsus pcedēs de thalamo suo. V. A sūmo celo egressio eius et occursus eius vsq ad sūmū eius. Oro

Indignos nos q̄s dn̄e famulos tuos/quos actionis proprie culpa cōtristat: vnigeniti filij tui aduentu/letifica. Qui tecū vi.

Lectio Isaie prophete. xl.

Hec dicit dn̄s. Sup mōtē excelsū ascēde/tu q̄ euāgelizas syō: exalta i fortitudie vocē tuā/q̄

euāgelizas hierusalē. Exalta/noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dn̄s deus in forti tudine veniet: et brachiū eius dn̄abit. Ecce merces eius cū eo: & opus illius corā illo. Sicut pastor gregem suū pascet: in brachio suo cōgregabit agnos: & in sinu suo leuabit eos/dominus deus noster. Gr.
Dn̄e deus virtutū conuerte nos: et ostende faciē tuā/et salui erimus. ℣. Excita domine potentiā tuā et veni: vt saluos facias nos. Sequatur Oremus. Oratio.
Presta q̄s ops̄ deus: vt filij tui ventura solēnitas/et presentis nobis vite remedia cōferat: et premia eterna cōcedat. Per eundem. Lectio Isaie pphete. xlv.
Hec dicit dn̄s christo meo cyro/cuius apprehendi dexterā: vt subiiciā ante faciē eius gentes: et dorsa regū vertā: & aperiam corā eo ianuas: et porte nō claudent. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas cōteram: et vectes ferreos confringā Et dabo tibi thesauros absconditos/et archana secretorū: vt scias quia ego dn̄s qui voco nomē tuū deus israel: propter seruū meū iacob/& israel electū meum. Et vocaui te noīe tuo: assimilaui te/et non cognouisti me. Ego dn̄s/& non est alius/extra me nō est de⁹. Accinxi te/et nō cognouisti me: vt sciāt hi qui ab ortu solis/et q̄ ab occidēte: quoniā absq; me/nō est de⁹. Ego dn̄s/et nō est alter. Formans lucē/et creans tenebras: faciens pacē/et creans malū. Ego dn̄s/faciēs oīa hec. Rorate celi desuper: et nubes pluant iustū. Aperiat terra/et germinet saluatorē: & iustitia oriatur simul. Ego dn̄s/creaui eum. Gr.
Excita dn̄e potentiā tuam et veni: vt saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. qui sedes super cherubin: appare corā effraim/beniamin/& manasse. Sequit̄ Orem⁹
Preces populi tui Oratio. q̄s dn̄e clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pietatis tue visitatiōe/consolemur. Qui viuis et regnas. &c.
Lectio Danielis prophete. iii.
Angelus dn̄i descendit cum asaria & socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis/quasi vētū roris flantē. Flamma autē diffusa est super fornacē/cubitis quadraginta nouē: et incendit quos reperit iuxta fornacē/de chaldeis ministros regis qui eam incēdebant. Illos autem omnino nō tetigit ignis/neq; contristauit: nec quicq̄ molestie itulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore: laudabant/& glorificabant/et benedicebant deum in fornace dicentes. Duo clerici de secūda forma/in superpellicijs ad gradum chori cantent tractum.
Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorū. ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idem repetat. Clerici. ℣. Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctum Chorus dicat Et laudabile et gloriosum in secula. Clerici. ℣. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣sus. Benedictus es super thronum sanctum regni tui

Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es super sceptrū diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici ℣. Benedict9 es qui sedes sup cherubin intuens abyssos. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es qui ambulas sup pēnas ventorꝝ. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Bñdicāt te oēs angeli et sancti tui. Chorus. Et laudēt te/ et glorificēt in secula. Clerici ℣. Benedicant te celi/terra/mare/ et oīa que in eis sūt. Chorus. Et laudēt te. Clerici. ℣. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Chor9. Et laus/et honor: potestas ꝛ imperium. Clerici. ℣. Sicut erat in principio et nunc et semp: et in secula seculorū amen. Chorus. Et laus et honor. Deinde clerici reincipiāt ħmnū. ℣. tꝝ. et percantet a choro. Et postea dicat sacerdos Dn̄s vo. et Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas ignium: cōcede ꝓpicius: vt nos famulos tuos/ nō exurat flāma viciorū. Per. Hic dicunt mēorie consuete. Oro.

Epistola ad Thessalonicēses. ii. ii

Fratres. Rogamus vos per aduētū dn̄i nostri iesu christi/ ꝛ nostre cōgregationis in idipsum: vt non cito moueamini a vestro sēsu/ neqꝫ terreamini: neqꝫ per spiritum: neqꝫ per sermonē: neqꝫ per epistolā/ tanq̄ per nos missā: quasi instet dies dn̄i. Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniā nisi venerit discessio primū: et reuelatus fuerit homo peccati filius ꝑditionis: qui aduersaꝛ et extolliꝛ supra omne qd̄ diciꝛ deus/ aut qd̄ colitur: ita vt in tēplo dei sedeat/ ostēdens se tanq̄ sit de9. Nō retinetis: quoniā cū adhuc essem apud vos/ hec dicebā vobis? Et nunc qd̄ detineat scitis: vt reueleꝛ in suo tēpore Nam mysteriū iam operaꝛ iniquitatis: tantū vt qui tenet/ nunc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus: quē dn̄s iesus interficiet spiritu oris sui: ꝛ destruet illustratione aduentus sui.

Duo clerici de scd̄a forma in cappis nigris/ ad gradū chori simul dicāt/ totū et integrum istum tꝝ.

Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubin: appare coram effraim/ beniamin/ et manasse. ℣. Excita dn̄e potētiam tuam et veni: vt saluos facias nos.

Ꝟ Secundū Lucam. iii.

Anno q̄ntodecimo īperij tyberij cesaris: ꝓcurāte pōtio pilato iudeā: tetrarcha autē galilee herode: philippo autē fratre eius tetrarcha yturee/ et traconitidis regiōis: ꝛ lysania abiline tetrarcha: sub ꝓncipibus sacerdotum/ anna et caypha: factum est verbum dn̄i super iohannē zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionem iordanis: ꝑdicans baptismū penitētie/ in remissionē peccatorū: sicut scriptū est in libro sermonū isaie prophete. Vox clamantis in deserto: parate viā domini/ rectas facite semitas eius. Oīs vallis implebiꝛ: et oīs mons ꝛ collis humiliabitur Et erunt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro/ salutare dei. Offꝝ. Exulta satis filia syon: predica filia hierusalē: ecce rex tuus veniet tibi/ sanctus et saluator. ℣. Loquetur pacem gentibus: et potestas

eius a mari vsq ad mare: et a flumine vsq ad terminos orbis terre. Secreta.

Super has hostias fidelium dñe q̃s ꝓpicio vultu respice: et q̃a nostris meritis nõ valemus: his potius muneribus/ tuo occursui commẽdemur. Qui viuis et regnas cũ deo patre. Prefatio quotidia. Cõio. Exultauit vt gigas ad currẽdam viam: a sũmo celo egressio eius: et occursus eius vsq ad sũmũ eius. Postcõ.

Quesumus dñe deus noster: vt sacrosãcta mysteria que pro reparatiõis nostre munimine cõtulisti: et p̃sens nobis remediũ esse facias/ et futurũ. P. In q̃cunq fe. dies nati. dñi cõtigerit: sẽp ieiunia q̃ttuor tẽpor/ i tertia ebdo. aduent⁹ dñi celebrent. ¶ Dñica iiij. aduentus dñi Ad missã Officiũ.

Memẽto nostri dñe in bñplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. ad vidẽdũ in bonitate electorũ tuorũ/ in leticia gentis tue: vt lauderis cũ hereditate tua. p̃s. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniquitatem fecimus. Oratio.

Excita q̃s dñe potentiã tuã et veni: et magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratie tue qđ nostra peccata ꝑpediũt: indulgẽtia tue ꝓpiciatiõis acceleret. Qui viuis et regnas cũ deo patre. Ad philippenses. iiij.

Fratres. Gaudete i dño sẽp: iterũ dico gaudete. Modestia vestra/ nota sit oĩbus hoĩbus. Dñs eni prope est. Nichil solliciti sitis: sed in oĩ orõne et obsecratiõe cũ gratiarũ actiõe: petitiões vestre innotescãt apud deũ. Et pax dei/ que exuperat oẽm sensũ: custodiat corda vestra/ et itelligẽtias vestras In christo iesu: dño nostro. Gr. Prope est dñs oib⁹ inuocantib⁹ eũ: oĩbus qui iuocãt eũ in veritate. V. Laudẽ dñi loquet os meũ: et bñdicat oĩs caro nomẽ sanctũ eius. Alla. V. Ueni dñe et noli tardare: relaxa facinora plebis tue Seq̃ntia

Iubilemus oẽs vna Deo nostro: q̃ creauit oĩa. Per quẽ cũcta condita sunt secula. Celoq plurima luce corusca: et diuersa sũt sydera. Sol/ mũdi scema: noctiũ decus luna/ ceteraq splendentia. Mare/ solũ/ alta/ plana: ac ꝓfũda flumina Aeris ampla spacia/ que discurrunt aues: vẽti/ atq pluuia. Hec simul cũcta: tibi deo soli patri militãt. Nũc et in euũ sine fine per secla: laus eorũ tua gloria. Qui pro salute nostra/ ple vnicã. Pati in terrã misisti/ sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas p̃camur: vt corpa nostra/ et corda. Regas/ et ꝓtegas: et dones pctõrũ veniã. ¶ Secundũ Johannẽ. i.

In illo tpe Miserũt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohãnẽ: vt iterrogarẽt eũ Tu quis es? Et cõfessus est/ et non negauit. Et confessus est: quia nõ sum ego christus. Et interrogauerũt eũ Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es: vt respõsum dem⁹ his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis i deserto/ dirigite viã dñi: sicut

dixit isaias ꝓpheta. Et q̄ missi fue
rant: erãt ex phariseis. Et interro=
gauerũt eum: ⁊ dixerunt ei. Quid
ergo baptizas: si tu non es christ⁹:
neq̃ helias: neq̃ ꝓpheta? Respon=
dit eis iohãnes dicẽs Ego baptizo
in aqua: medius autẽ vestrũ stetit/
quẽ vos nescitis. Ipse est qui post
me venturus est: qui ante me fact⁹
est: cuius ego non sum dignus vt
soluam eius corrigiam calciamen
ti. Hec in bethania facta sunt trãs
iordanẽ: vbi erat iohannes bapti=
zans. Offer. Confortamini et iam noli=
te timere: ecce enī deus noster retribuet iu
diciũ: ipse veniet/ et saluos nos faciet. V.
Tũc aperiẽt oculi cecorũ: ⁊ aures surdorũ
audiẽt. tũc ascẽdet claudus quasi ceruus:
et clara erit lingua mutorũ. Secreta.

SAcrificijs p̄sentibus q̄s dñe
placat⁹ intẽde: q̄bus ad filij
tui natiuitatẽ suscipiendã/ purifi=
cemur. P eũdẽ. Prefatio quotid.
Cõio. Ecce virgo cõcipiet et pariet filiũ:
et vocabit nomẽ ei⁹ emanuel. Postcõio.

POpulũ tuũ q̄s dñe donorũ
tuorũ largitate prosequere:
vt a malis oib⁹/ sacramẽtorũ tuorũ
virtute ꝓtect⁹: ad ineffabile miste
riũ celebrãdũ: et mẽte p̄paretur/ et
corpore. Per dñm. ¶ Feria. iiij.
Lectio Johelis ꝓphete. ij. et. iij

HEc dicit dñs. Exultate filie
syon: ⁊ letamini in dño deo
vestro/ q̄ dedit vobis doctorẽ iusti=
cie: ⁊ descẽdere faciet ad vos imbrẽ
matutinũ ⁊ serotinũ/ sicut in prin
cipio. Et iplebunt aree frumento:
et redundabũt torcularia/ vino et
oleo. Et scietis: q̄a ego dñs de⁹ vr̄/
habitãs in syõ in mõte scõ meo/
et in hierusalẽ scã: et alieni nõ trã
sibũt p eã ãpli⁹. Et erit in die illa:
stillabũt mõtes dulcedinẽ/ ⁊ colles
fluẽt lacte: ⁊ p oẽs riuos iuda/ ibũt
aque: ⁊ fons de domo dñi egredietur
et irrigabit torrentẽ spinarũ. Egy
ptus in desolationẽ erit: ⁊ idumea
in desertũ pditionis. pro eo q̄d ini
que egerũt in filios iude: et effude=
runt sanguinẽ innocentẽ/ in terra
sua. Et iudea in eternũ habitabit:
et hierusalẽ in generatiõe ⁊ genera
tionẽ. Et mũdabo sanguinẽ eorũ
quẽ nõ mũdauerã: et dñs cõmora
bitur in syon: a seculo/ et vsq̃ in se=
culũ. ¶ Secundũ Lucam. vij.

IN illo tpe. Exijt sermo ĩ vni
uersã iudeã de iesu: et oẽm
circa regionẽ. Et nunciauerũt io=
hanni discipuli eius/ de oibus his.
Et cõuocauit duos de discipulis su
is iohãnes: ⁊ misit ad iesum dicẽs
Tu es qui venturus es: an alium
expectamus? Cum autẽ venissent
ad eum viri: dixerunt. Johannes
baptista: misit nos ad te dicẽs. Tu
es qui venturus es: an alium expe=
ctamus? In ipsa autẽ hora: cura=
uit multos a lãguorib⁹ suis/ et pla
gis/ et spiritib⁹ malis: ⁊ cecis mul=
tis/ donauit visũ. Et respondẽs/ di
xit illis. Eũtes: renũciate iohãni/
que vidistis et audistis. Quia ceci
vidẽt/ claudi ãbulãt: leprosi mun
dantur/ surdi audiunt: mortui resur
gũt/ paupes euãgelizãtur. Et btũs ẽ
q̄ nõ fuerit scãdalizat⁹ ĩ me. Et cũ
discessisset nũcij iohãnis: cepit di=
cere de iohãne ad turbas. Quid ex=
istis in desertũ videre? Arũdinẽ vẽ
to agitatã? Sed q̄d existis videre?

hoiem mollib⁹ vestimētis idutū? Ecce qui in veste p̄ciosa sunt/ et in delicijs: in domib⁹ regū sūt. Sed qd existis videre? Prophetā? Utiq3 dico vobis: et plusq̄ prophetā. Hic est de quo scriptū est. Ecce mitto angelū meū/ ante faciē tuā: qui p̄parabit viā tuā ante te. Dico eni vobis: maior inter natos mulierū ppheta iohāne baptista nemo est. Qui autē minor est in regno celorum: maior est illo. ¶ Feria sexta Lectio zacharie prophete. ij.

Hec dicit dñs. Lauda/ et letare filia syon: qa ecce ego venio: et habitabo in medio tui/ ait dñs. Et applicabunt gētes multe ad dñm in die illa: et erūt michi in populū. Et habitabo i medio tui: et scies qa dñs exercituū/ misit me ad te. Et possidebit dñs iudā ptē suā i terra sctificata: et eliget adhuc hirlm. Sileat oīs caro a facie dñi: qa zsurrexit de habitaculo sctō suo dicit dñs ops. Scdʒ Marcū. viij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Videte et cavete a fermēto phariseorū: et fermēto herodis. Et cogitabant ad alterutrū dicētes: qa panes nō habem⁹. Quo agnito: ait illis iesus. Quid cogitatis/ qa panes nō habetis? Nondū cognoscitis/ nec itelligitis. Adhuc cecatū habet' cor vestrū? Oculos habētes/ nō videtis: et aures habētes nō auditis. Nec recordami/ quādo qnq3 panes fregi i qnq3 milia: et quot cophinos fragmētorū plenos sustulistis? Dicūt ei. Duodecim. Quādo et septē panes i qttuor milia hiom: quot sportas fragmētor tulistis? Et dicūt ei. Septē Et dicebat eis. Quomodo nondū intelligitis? Et veniūt bethsaida: et adducūt ei cecū. Et rogabāt eū/ vt illū tāgeret. Et apphēsa manu ceci: eduxit eū extra vicū. Et expuens in oculos eius/ et ipositis manibus suis: interrogauit eū/ si quid videret. Et aspiciēs/ ait. Video homines/ velut arbores ambulātes. Deinde iterū iposuit manus sup oculos eius: et cepit videre. Et restitutus est: ita vt clare videret oīa: et misit illū in domū suā/ dicēs. Vade in domū tuā: et si in vicū introieris: nemini dixeris. ¶ In vigilia nati. dñi Ad missā Officiū.

Hodie scietis qa veniet dñs et saluabit vos: et mane videbitis gl'iam eius. ps. Dñi est terra et plenitudo eius: orbis terrarū et vniuersi qui habitāt in eo. Si hec vigi. i dñica euene. dr cāt⁹ sup Kyrie Sctūs: et Agn⁹: sicut i festo simplici ix. lc. si autē: dr cāt⁹ ferial'. Oro

Deus qui nos redēptiōis nostre/ annua expectatiōe letificas: presta: vt vnigenitū tuū quē redēptorē leti suscipimus: venientem quoq3 iudicē securi videamus dñm nostrū iesū christū filiū tuū. Qui te. Nulla fiat meoria. Unus puer accolit⁹ legat hāc lc. alba idutus ad gradū chori: tū si dñica fuerit/ legat' in pulpito: et semp cū suo titulo. Lectio Isaie pphete. lxij.

Hec dicit dñs deus. Propter syon nō tacebo: et ppter hierusalē nō quiescā. donec egrediat' vt splēdor iustus ei⁹: et saluator ei⁹

vt lãpas accẽdat. Et videbũt gen-
tes iustũ tuũ: ⁊ cũcti reges inclytũ
tuũ. Et vocabit tibi nomẽ nouũ:
qd os dñi noiauit. Et eris corona
glorie in manu dñi: et diadema re
gni in manu dei tui. Non vocabe
ris vltra derelicta: et terra tua non
vocabit ãplius desolata. Sed vo-
caberis volũtas mea in ea: et terra
tua inhabitabitur: quia cõplacuit
dño in te. ¶ Deinde absq3 iterual
lo/legat Epla. Ad romanos j.

FRatres. Paulus seru9 iesu
xpi/vocat9 apostolus: segre
gatus in euãgeliũ dei: qd ante pro
miserat per ,pphetas suos in scrip-
turis sctis/ de filio suo: qui factus
est ei ex semine dauid/ scdm carnẽ:
qui pdestinat9 est filius dei in vir-
tute/ secũdũ spiritũ sãctificatiõis:
ex resurrectiõe mortuorũ iesu chri
sti dñi nri. p quẽ accepim9 gratiã
et apostolatũ: ad obediendũ fidei
in oibus gẽtib9 pro noie eius: in q-
bus estis et vos vocati: iesu christi
dñi nostri. Gr. Hodie scietis qz veniet
dñs et saluabit nos: et mane videbitis glo
riã eius. V. Qui regis israel intende: qui
deducis velut ouem ioseph. qui sedes sup
cherubin: appare corã effraim/ beniamin/
et manasse. Si hec vigi. i dñica eue.
missa de dñica i caplo dr: ⁊ fiat tũc
mẽoria de sctã maria: ⁊ de oib9 sã-
ctis tantũ. Missa vo de vigilia/ ad
autenticũ altare/ sine aliq mẽo. cũ
hoc Alla. V. Crastina die delebitur ini
quitas terre: ⁊ regnabit sup nos saluator
mũdi. Sequẽtia. Iubilemus. vts
so. pced. Si vero dñica nõ fuerit:
tũc Alla et sequẽtia/ ptermittant.
¶ Secundũ Matheũ. primo.

IN illo tpe. Cũ esset despõsa
ta mater iesu maria ioseph:
anteq̃ cõuenirẽt/ inuẽta est in vte-
ro habẽs de spiritu sãcto. Joseph
autẽ vir eius cũ esset iust9/ et nollet
eã traducere: voluit occulte dimit
tere eã. Hec autẽ eo cogitante: ecce
angelus dñi in sõnis apparuit ei/
dicẽs. Joseph fili dauid: noli time
re accipere mariã cõiugẽ tuã. Qd
eni in ea natũ est: de spiritu sancto
est. Pariet autẽ filiũ: ⁊ vocabis no
men eius iesum. Ipse eni saluũ fa
ciet populũ suũ: a peccatis eorum.
Offr. Tollite portas principes vestras:
et eleuamini porte eternales/ ⁊ itroibit rex
glorie. V. Dñi est terra et plenitudo eius:
orbis terrarũ/ et vniuersi qui habitant in
eo. Iste versus si dñica fuerit/ eo an
no pretermittatur. Secreta.

DA nobis q̃s oipotens deus:
vt sicut adorãda filij tui na
talicia preuenimus: sic eius mune
ra capiamus sempiterna gauden-
tes. Per eundẽ. Prefatio quotid.
Cõio. Reuelabitur gloria dñi: et videbit
ois caro salutare dei nostri. Postcõio.

DA nobis q̃s dñe vnigeniti
filij tui recensita natiuitate
respirare: cui9 celesti myster io pa-
scimur/ ⁊ potamur. P. eũd. In no
cte nati. dñi: post ix. lec. cantet hoc
euangeliũ in pulpito a dyacono.

LIber generatiõis iesu chri-
sti filij dauid: filij abrahã.
Abrahã autẽ gẽuit isaac/ isaac au-
tem genuit iacob. Jacob autẽ ge-
nuit iudã ⁊ fratres eius. Judas au
tem genuit phares/ et zarã de tha-
mar. Phares autẽ genuit esrõ. Es
rom autẽ genuit arã. Arã autẽ ge

nuit aminadab. Aminadab autē genuit naasō. Naason autē gēuit salmon. Salmō autē genuit booz de raab. Booz autē gēuit obeth ex ruth. Obeth autē genuit iesse. Jesse autē genuit dauid regē. Dauid autē rex gēuit salomonē: ex ea que fuit vrie. Salomō autē genuit roboā Roboā aūt gēuit abiā Abias autē genuit asa. Asa autem gēuit iosaphat. Josaphat autē gēuit iorā. Joras autē genuit oziā. Ozias autē genuit ioathā. Joathā autē genuit achaz. Achaz autē genuit ezechiā. Ezechias autē genuit manassen. Manasses autē gēuit amō Amon autē genuit iosiā. Josias autem genuit iechoniā / et fratres eius: in trāsmigratiōe babilonis. Et post trāsmigrationē babilōis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autē genuit zorobabel. zorobabel autē genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim autē genuit azor. Azor autē genuit sadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim autē genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathan. Mathan autē genuit iacob. Jacob autē genuit ioseph virū marie: de qua natus est iesus: qui vocatur christus. Finito euāgelio: sacerdos icipiat ps. Te deū laudamus. Quo dicto: rectores chori incipiant missam.

¶ Ad missā in gallicātu. Officiū

Dominus dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu: ego hodie genui te. ps. Quare fremuerūt gētes: et populi meditati sunt inania. Kyriel. cū suis v. Sequat Gloria in excelsis/ more dupl. festi. ¶ Sciendū q semp ad missā dr Gl'ia in excelsis. quotiēs ad matu. dr Te deum. nisi missa Salus populi: vel missa de cruce: vel missa dn̄icalis/ in aliq festo. iij. lec. vel infra octa. sine regimine chori/ cantanda fuerit. Quando vero aliq missa de vigilia/ vel de festo. iij. lec. in cap. die dn̄ica dr: tūc etiā dr cantus super kyriel. Gloria in excelsis qn̄ dicit Sāctus: & Agnus: & Jte missa est/ sicut i festo. iij. lec. Similiter fiat qn̄ dicit missa dn̄icalis i capitulo die dn̄ica: tunc etiam dicit Credo

Deus q hāc sacratissimā noctē / veri luminis fecisti illustratione clarescere: da q̄s: vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus: eius quoq gaudijs / in celo perfruamur. Qui tecū. Oro. Duo clerici de secunda forma in cappis sericis: in pulpito simul cantēt &c.

Laudes deo dicā p secula: q me plasmauit in manu dextera: atq redemit cruce purpurea/ sāguine nati. Hic cātet alternati. Lectio isaie pphete. In q xpi lucida: vaticinat natiuitas. Hec dicit dn̄s. Pater/ filius/ sāctꝰ spūs: in quo sūt oīa ɔdita: superna atq ima. Populꝰ gētiū: q ābulabat i tenebris Quē creasti: quē fraude subdola hostis expulit padiso: & captiuatū secū traxit ad tartara. Vidit lucē magnā Pulsērt & imania nocte media/ pastorib' lumīa Habitātibꝰ in regiōe vmbre mortis/ lux Sēpiterna: & redēptio vere nostra. Orta est eis. O stupēda nati-

uitas. Paruulus enī natus est no bis. Magn⁹ hic erit iesus fili⁹ dei Et fili⁹. Patris sūmi Datus est nobis Ab arce sūma p̄dictū/sic erat Et fact⁹ est p̄ncipatus/sup hu merū eius. Ut celos regat/ atq̄ ar ua Et vocabit nomē ei⁹ Messias sother/emanuel/sabaoth/adonai. Admirabil. Radix dauid Cōsi liarius. Dei patris. Deus. Qui creauit oīa. Fortis. Barati clau stra p̄mēs teterrima. Pater futu ri seculi. Rex oīpotēs: et cūcta re= gēs Princeps pacis Hic ꝛ in euū Multiplicabit ei⁹ ip̄eriū. In hie rusalē/iudea: siue samaria. Et pa cis nō erit finis. Per secula sempi terna. Sup soliū dauid: et sup re= gnū ei⁹ sedebit Et regni meta sui/ nō erit aliq̄. Et ꝯfirmet illud In fidei pignoꝛe. Et coꝛroboꝛet: ī iu dicio ꝛ iusticia. Iudex cū venerit: iudicare seculū. Amodo. Illi de bet gl'ia: laus/ꝛ iubilatio Et vsq̄ in sēpiternū. Hic cātēt simul vsq̄ ad finē. Ab oꝛtu solis vsq̄ occidu os: ad fines mūdi oꝛbis p̄ clymata laus creatoꝛi resonet ꝯgrua. Amē: dicāt oīa. Ubi nō habet cantus/ le gatur. Lectio Isaie p̄phete. ix.

Hec dicit dn̄s de⁹. Populus gētiū q̄ ambulabat in tene= bꝛis: vidit lucē magnā. Habitāti= bus ī regiōe vmbꝛe moꝛtis: lux oꝛ= ta est eis. Paruulus enī nat⁹ est no bis: et filius datus est nobis. Et fa ctus est p̄ncipat⁹ sup humerū ei⁹: et vocabit nomē ei⁹ admirabilis: cōsiliarius: deus foꝛtis: pater futu ri seculi: pꝛinceps pacis. Multipli cabit eius ip̄eriū: ꝛ pacis nō erit fi nis. Sup soliū dauid ꝛ sup regnū eius sedebit: vt ꝯfirmet illud et coꝛ roboꝛet/ī iudicio et iusticia. Amo do: et vsq̄ in sempiternū. ¶ Sine interuallo. Lectio epistole bt̄i pau li apostoli Ad Titum. ij.

Carissime. Apparuit gratia dei saluatoꝛis nostri oībus hoīb⁹/ erudiēs nos: vt abnegātes impietatē/ꝛ secularia desideria: so bꝛie/et iuste/ꝛ pie/ viuamus in hoc seculo: expectantes beatā spem/et aduentū gloꝛie magni dei: et sal= uatoꝛis nostri iesu xp̄i. Qui dedit semetipsū p̄ nobis: vt nos redime ret ab oī iniquitate: et mūdaret si= bi populū acceptabilē/ sectatoꝛem bonoꝛū operum. Hec loquere et ex hoꝛtare. In xp̄o iesu: dn̄o nr̄o. Gr Tecū pꝛincipiū in die virtutis tue/in splē= doꝛibus sāctoꝛū: ex vtero ante luciferū ge= nui te. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dex= tris meis. donec ponā inimicos tuos: sca= bellū pedū tuoꝛum. Alla. ℣. Dn̄s dixit ad me: filius me⁹ es tu: ego hodie genui te

Nato canūt oīa Sequētia dn̄o/pie agmina Sillabati neumata: p̄strigēdo oꝛgaica Hec dies sacrata: in q̄ noua sūt gaudia/ mūdo plene edita. Hac nocte p̄cel sa: ītonuit et gl'ia/in voce angelica Fulserūt ꝛ īmania: nocte media/ pastoꝛib⁹ lumia Dū fouēt sua pe= coꝛa: subito diua/p̄cipiūt monita Nat⁹ alma v̄gine: qui extat ante secula. Est īmēsa in celo gl'ia: pax et in terra. Sic ergo celi caterua: altissime iubilat. Et tāto canoꝛe tremat/alta poli machina Sonet et per oīa: hac ī die gloꝛia/ voce cla ra reddita. Humana concrepent

cūcta: deū natū in terra. ¶ Confracta sūt iperia: hostis crudelissima. Pax in terra reddita: nūc letētur oīa / nati per exordia. Solus q̄ tuetur oīa. Solus q̄ ꝯdidit oīa. Ipse sua pietate: soluat omnia peccata nostra. Euangeliū more dupl'. festi. ¶ Secundū Lucam. ij.

In illo tpe. Exijt edictū a cesare augusto: vt describeret' vniuersus orbis. Hec descriptio prima: facta est a preside syrie cirino. Et ibant oēs: vt ꝓfiterent' singuli in suā ciuitatē. Ascēdit autē et ioseph a galilea / de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid / que vocatur bethleē: eo ꝙ esset de domo / et familia dauid: vt profiteretur cū maria despōsata sibi vxore ꝑgnāte. Factū est autē cū essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filiū suū primogenitū. Et pannis eū inuoluit: et reclinauit eū in presepio: q̄a nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilātes: et custodientes vigilias noctis / supra gregem suū. Et ecce angelus dn̄i stetit iuxta illos: et claritas dei circūfulsit illos: et timuerūt timore magno. Et dixit illis āgelus. Nolite timere. Ecce eni euangelizo vobis gaudiū magnū / qđ erit oī populo: q̄a natus est vobis hodie saluator qui est christus dn̄s: in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantē pannis inuolutū: et positum in ꝑsepio. Et subito facta est cū angelo multitudo milicie celestis: laudantiū deū / ⁊ dicētiū. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hoībus: bone voluntatis. ¶ Credo Offr. Letentur celi et exultet terra: ante faciem dn̄i / quoniā venit. Secreta.

Accepta sit tibi dn̄e q̄s hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiēte / ꝑ hec sacro sancta ꝯmercia: i illius iueniamur forma / in quo tecū est nostra substantia: iesus christus dn̄s noster. Qui tecum. Prefatio. Quia per incarnati. Hec prefatio / dr̄ in nati. dn̄i ad oēs missas: et quotid. per ebdomadā: et in die circūcisiōis dn̄i: et in oīb⁹ missis de scā maria: ab hac die / vsq̄ ad purifi. Cōicātes / ꝓ do dr̄ tn̄ vsq̄ ad circūcisionē. Et i die circūcisiōis. Cōio. In splēdorib⁹ sctōrū: ex vtero ante luciferū genui te. Postcō.

Da nobis q̄s dn̄e de⁹ noster: vt q̄ natiuitatē dn̄i nostri iesu xp̄i / nos frequētare gaudem⁹: dignis ꝯuersationib⁹ / ad eius mereamur ꝑtingere ꝯsortiū Qui tecū ¶ Ad missā in aurora. Officiū.

Lux fulgebit hodie super nos / q̄a nat⁹ est nobis dn̄s: et vocabit' admirabilis de⁹ ꝑnceps pacis: pater futuri seculi: cuius regni nō erit finis. ps. Dn̄s regnauit decorē indutus est: indut⁹ est dn̄s fortitudinē ⁊ precinxit se. Ad hāc missā: Kyriel' absq̄ ꝟsibus. Gl'ia i excel. Sanctus / ⁊ Agnus dei: sicut in festo simplici. ix. lc. dicunt' Oro

Da q̄s oꝑs de⁹: vt qui noua icarnati verbi tui luce ꝑfundimur: hoc in nostro resplendeat opere: qđ per fidē fulget in mente. Per eundē. ¶ Memoria de sācta anastasia / cum hac oratione. Oro

Benedictus es in firmamēto celi: et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idē. Clerici ℣. Bn̄dicite oīa opera dn̄i dn̄o: benedicite celi domino: bn̄dicite angeli dn̄i dn̄o. Chor9 post vnū quēqꝫ ℣. respondeat. Hymnū dicite ꝛ superexaltate eum in secula. Clerici ℣. Bn̄dicite aque que super celos sunt dn̄o: bn̄dicite omnes virtutes dn̄i dn̄o: benedicite sol et luna domino. Chorus. Hymnū dicite. Clerici ℣. Benedicite stelle celi domino: benedicite imber et ros dn̄o: benedicite oīs sp̄ūs dei dn̄o. Chorus. Hymnū Clerici ℣. Benedicite ignis et estus domino: benedicite noctes et dies dn̄o: benedicite tenebre et lumē dn̄o. Chor9. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite frigus et cauma dn̄o: benedicite pruina et niues domino: bn̄dicite fulgura et nubes dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicat terra dn̄o: benedicite montes ꝛ colles dn̄o: benedicite oīa nascētia terre dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite maria ꝛ flumina dn̄o: benedicite fontes dn̄o: benedicite cete et oīa que mouent̄ in aquis dn̄o Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite volucres celi dn̄o: bn̄dicite bestie et vniuersa pecora dn̄o: benedicite filij hominū domino. Chorus Hymnū. Clerici ℣. Benedicat israel dn̄o: benedicite sacerdotes domini dn̄o: benedicite serui dn̄i dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite spiritus et aīe iustorū dn̄o: benedicite sancti ꝛ humiles corde domino. Chorus Hymnū. Clerici ℣. Benedicite anania/ azaria/misael dn̄o. Chorus. Hymnum Postea clerici reincipiant tꝫ Benedictus es in firmamēto. et percantetur a choro. sequitur Dn̄s vobiscū: et Oremus. Hic non dicatur Flectamus genua Leuate. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū: cōcede ꝓpicius: vt nos famulos tuos non exurat flāma viciorꝫ. Per do. Hic dicuntur memorie consuete.

¶ Ad thessalonicenses. j. v.

Fratres. Rogamus vos: corripite inquietos: cōsolamini pusillanimes: suscipite īfirmos patientes estote ad omnes. Uidete ne q̄s malū pro malo alicui red-

dat: sed semp qđ bonũ est sectamini / in inuicẽ et in oẽs. Semp gaudete: sine intermissiõe orate: ĩ oĩbus gratias agite. Hec est enĩ voluntas dei in christo iesu: in oĩbus vobis. Spiritũ nolite extinguere: pphetias nolite spernere. Oĩa autẽ pbate: qđ bonũ est tenete: ab oĩ specie mala abstinete vos. Ipse autẽ de⁹ pacis sanctificet vos per oĩa: vt integer spiritus vester et aĩa ⁊ corp⁹: sine querela in aduentu dñi nostri iesu christi seruet̃. Duo clerici de secunda forma: in cappis nigris ad gradum chori simul cantent totũ et integrum istũ tractũ. Tractus.

Laudate dñm oẽs gẽtes: et collaudate eũ oẽs populi ℣. Quoniam confirmata est sup nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum.

Secundũ Matheum. xvij.

In illo tpe. Assumpsit iesus petrũ / ⁊ iacobũ / et iohãnem fratrẽ eius: et duxit illos in montẽ excelsũ seorsũ: et trãsfiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies eius sicut sol: vestimẽta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis moyses et helias / cũ eo loquẽtes. Respõdẽs autẽ petrus: dixit ad iesũ. Dñe: bonũ est nos hic esse. Si vis / faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnũ / moysi vnũ: et helie vnũ. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida / obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicẽs. Hic est fili⁹ meus dilectus / in quo michi bene cõplacui: ipsum audite. Et audiẽtes discipuli / ceciderũt in faciẽ suã: et timuerũt valde. Et accessit iesus ⁊ tetigit eos: dixitq; eis. Surgite: et nolite timere. Leuãtes autẽ oculos suos neminẽ viderunt: nisi solũ iesum. Et descẽdẽtib⁹ illis de mõte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionẽ: donec filius hoĩs a mortuis resurgat. Offer. Dñe de⁹ salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. intret oratio mea in conspectu tuo dñe. ℣. Inclina aurẽ tuã ad precẽ meã: dñe lõge fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expandi manus meas ad te.

Presentibus sacrificiis q̃s dñe ieiunia nostra sanctifica: vt quod obseruãtia nostra pfitetur extrinsecus: intrinsecus operet̃. Per. ℣. Secreta

Cõio. Dñe deus meus in te speraui: libera me ab oĩbus psequentibus me et eripe me. Postcõio.

Quos diuino dñe reficis mysterio / perpetuo defende psidio: et quos imbuisti celestibus institutis: salutaribus comitare solatiis. Per. Si episcopus defuerit dicatur super populum hec oratio. Humiliate capita vestra deo. Orõ

Fideles tuos dñe benedictio desiderata confirmet: que eos et a tua volũtate nũq̃ faciat discrepare: et tuis semp ĩdulgeat bñficiis gratulari. P. Tñ si epus psens fuerit et ordines fecerit: non dicet̃.

Dñica. ij. q̃dragesime Officiũ

Reminiscere miserationũ tuarũ dñe / et misericordie tue que a seculo sunt: ne vnq̃ dominentur nobis inimici nostri. libera nos deus israel: ex oĩbus angustiis nostris. ps. Ad te dñe leuaui animã meã: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Deus qui conspicis omni nos virtute destitui: interius exteriusque custodi: vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per.

Ad thessalonicenses. i. iiii.

Fratres. Rogamus vos et obsecramus in dn̄o iesu: vt quemadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo: sic et ambuletis/ vt abundetis magis Scitis enim que precepta dederim vobis per dn̄m iesum. Hec est enim volūtas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisque vestrum suū vas possidere in sanctificatione et honore: nō in passione desiderij: sicut et gentes/ que ignorant deū. Et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negocio fratrē suū quoniā vindex est dn̄s de his omnibus sicut prediximus vobis/ et testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immūdiciā: sed in sctificationem. In christo iesu: dn̄o nostro. Gr. Tribulationes cordis mei dilatate sūt: de necessitatibus meis eripe me dn̄e. V. Vide humilitatē meā et laborem meū: et dimitte oia pctā mea. Tractus.

Dixit dn̄s mulieri chananee: non est bonū sumere panem filiorū: et mittere canibus ad manducandum. V. At illa dixit: etiam dn̄e. nam et catelli edūt de micis que cadunt de mensa dominorū suorum. V. Ait illi iesus: o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti.

Secundū Matheū. xv.

In illo tpe. Egressus iesus secessit in partes tyri et sydonis: et ecce mulier chananea a finibus illis egressa/ clamauit dicēs ei. Miserere mei dn̄e fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius: rogabāt eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos Ipse autē respondens/ ait. Nō sum missus: nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa venit: et adorauit eū dicēs. Dn̄e/ adiuua me. Qui respondēs ait. Non est bonū sumere panē filiorū: et mittere canib⁹. At illa dixit. Etiā dn̄e. Nam et catelli edūt de micis/ que cadūt de mēsa dn̄orum suorū. Tūc respondēs iesus: ait illi. O mulier/ magna est fides tua: fiat tibi/ sicut vis. Et sanata est filia eius: ex illa hora. Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo man⁹ meas ad mādata tua q̄ dilexi.

Secreta.

Ecclesie tue domine munera placatus assume: que et misericors offerēda tribuisti: et in nostre salutis potenter efficis transire mysteriū. Per dominum. Prefatio quotid. Cōio. Intellige clamorem meum: intende voci orationis mee/ rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo domine. Postcōio.

Corporis et sanguinis sacrosancti dn̄e q̄s gratia nos sūpta viuificet: et q̄d mysticis actionibus pollicetur: eternis effectib⁹ largiatur. Per. Feria. ij. Officiū.

Redime me dn̄e et miserere mei: pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs bn̄dicā dn̄m. Ps. Judica me dn̄e quoni

am ego in innocentia mea ingressus sum. et in dño sperans nõ infirmabor. Flectamus genua Leuate. Oratio.

P Resta quesumus oĩpotens deus: vt familia tua que se affligendo carnẽ ab alimentis abstinet: sectando iusticiam a culpa ieiunet. Per dominum.

Lectio danielis pphete. ix.

I N diebus illis. Orauit daniel ad dñm dicẽs. Dñe de⁹ noster/qui eduxisti populũ tuũ de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen secundũ diem hãc: peccauimus/iniquitatẽ fecimus domine: in omnẽ iusticiã tuã. Auertatur obsecro ira tua ⁊ furor tuus/ a ciuitate tua hierusalem: et a mõte sancto tuo. Propter peccata enĩ nostra/ ⁊ iniquitates patrũ nostrorum: hierusalẽ et populus tuus in opprobriũ sunt/ oĩbus per circuitum nostrũ. Nunc ergo exaudi deus noster orationẽ serui tui et preces eius: et ostende faciẽ tuã super sanctuariũ tuũ/ quod desertũ est. Propter temetipsũ iclina de⁹ meus aurẽ tuã/et audi: aperi oculos tuos/et vide desolationẽ nostrã et ciuitatẽ/sup qua iuocatũ est nomẽ tuũ. Neq3 enĩ in iustificationibus nostris psternimus preces ante faciem tuã: sed in miseratiõibus tuis multis. Exaudi dñe: placare domine/ attende/ et fac. Ne moreris pter temetipsũ de⁹ meus: qa nomen tuũ iuocatũ est sup ciuitatẽ: et sup populũ tuũ: dñe de⁹ noster. Gr. Adiutor meus et liberator me⁹ esto dñe ne tardaueris. V. Cõfũdant ⁊ reuereant inimici mei/ q̃ q̃rũt aĩaʒ meã. Tract⁹

D Omine non secundũ pctã nostra que fecimus nos: neq3 secũdũ iniquitates nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nostrarũ antiquarũ: cito ãticipẽt nos mĩe tue: qa pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cũ dicit V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriã nõis tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris / propter nomen tuũ.

Secundũ Johannẽ. viii.

I N illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado et q̃retis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunq̃d interficiet semetipsũ: quia dicit/quo ego vado: vos non potest venire? Et dicebat eis Uos de deorsum estis: ego de superius sum. Uos de mũdo hoc estis: ego non sum de mundo. Dixi ergo vobis: qa moriemini in pctis vestris Si enĩ nõ credideritis qa ego sũ: moriemini in peccato vestro. Dicebãt ergo ei. Tu q̃s es? Dixit eis iesus. Principiũ/qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: sed qui misit me verax est. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mũdo. Et nõ cognouerũt qa patrẽ ei⁹ dicebat deũ. Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filiũ hoĩs: tũc cognoscetis qa ego sũ Et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pater/ hec loquor. Et q̃ me misit/ mecũ est: et non reliquit me solum. Quia ego que placita sunt ei: facio semper. Off. Benedicam dñm qui tribuit michi intellectũ: pui debam deũ in conspectu meo semper: quo

niã a dextris est mihi ne cõmouear. ℣. Cõserua me dñe quoniã i te speraui: ego dixi deus me⁹ es tu/ dñs pars hereditatis mee

Secreta

HEc hostia dñe placationis et laudis: tua nos propitiatione dignos efficiat. P. Cõio. Dñe dñs noster: q̃ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. Postcõio.

HEc nos cõmunio dñe purget a crimine: et celestis remedij faciat esse cõsortes. Per dominũ nostrũ. Super populũ. Humiliate capita vestra deo. Orõ.

ADesto supplicatiõibus nostris oĩps deus: et quibus fiduciã sperande pietatis indulges: consuete misericordie tribue benignus effectũ. Per dominũ nostrũ

¶ Feria tertia. Officium.

TIbi dixit cor meũ: que siui vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe requiram: ne auertas faciez tuam a me. ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quẽ timebo. Flectamus genua leuate. Oratio.

PErfice q̃s dñe benignus in nobis obseruãtie sãcte subsidiũ: vt que te auctore faciẽda cognouimus: te operãte cõpleamus Per. Lectio libri Regũ. iii. xvii.

IN dieb⁹ illis. Factus est sermo dñi/ad heliã thesbitẽ dicens. Surge/et vade in sareptã sidoniorũ: et manebis ibi. Precepi enĩ ibi mulieri vidue/vt pascat te. Surrexit helias: ⁊ abijt in sareptã Cũq̃ venisset ad portã ciuitatis: apparuit ei mulier vidua/colligẽs ligna. Et vocauit eam: dixitq̃ ei. Da mihi paululũ aque in vase/vt bibam. Cũq̃ illa pergeret vt offerret: clamauit post tergũ eius dicẽs Affer michi obsecro et buccellã panis/i manu tua. Que respõdit. Uiuit dñs de⁹ tuus: q̃a non habeo panẽ/nisi quãtũ pugillus capere potest farine i hydria: et paululũ olei in lechito. En colligo duo ligna vt igrediar et faciã illud mihi et filio meo: vt comedam⁹/⁊ moriamur. Ad quã helias ait. Noli timere: sed vade/⁊ fac sicut dixisti. Uerũtamen michi p̃mũ fac de ipsa farinula/subcinericiũ panẽ puulũ ⁊ affer ad me: tibi aũt ⁊ filio tuo/facies postea. Hec aũt dicit dñs de⁹ isrl. Hydria farine nõ deficiet: nec lechitus olei minuet: vsq̃ ad diẽ i qua dñs daturus est pluuiã sup faciẽ terre. Que abijt/et fecit iuxta vbũ helie: et comedit ipẽ ⁊ illa: ⁊ domus eius tota. Et ex illa die hydria farine nõ defecit: ⁊ lechit⁹ olei nõ est iminut⁹ iuxta vbũ dñi: q̃d locut⁹ fuerat in manu helie. Gr. Iacta cogitatũ tuũ i dño: et ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarẽ ad dñm: exaudiuit vocẽ meã/ab his q̃ appropinquãt mihi ¶ Sc̃d᷒ matheũ. xxiii

IN illo tpe. Locut⁹ est iesus ad turbas: ⁊ ad discipl'os suos dicẽs. Sup cathedrã moysi: sederũt scribe ⁊ pharisei. Oĩa ergo q̃cũq̃ dixerint vobis: seruate ⁊ facite. sc̃d᷒ vero opa eor: nolite facere Dicũt eni/⁊ nõ faciũt. Alligãt enĩ onera grauia et iportabilia: ⁊ iponũt i humeros hoĩz: digito ãt suo/ nolũt ea mouere Oĩa vero opa sua faciũt: vt videant ab hoĩb⁹. Dilatãt enĩ philatheria sua: ⁊ magnificãt fimbrias. Amãt autẽ p̃mos re

cubitus i cenis: et p̄mas cathedras in synagogis: et salutatiões i foro: et vocari ab hoibus rabbi. Vos autē nolite vocari rabbi. Un⁹ est eni magister vester: oēs autē vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis sup terrā. Un⁹ est eni pater vester: q̄ in celis est. Nec vocemini magistri: q̄a magister vester vnus est christus. Qui maior est vestrū: erit minister vester. Qui autē se exaltauerit/ hūiliabit: et qui se humiliauerit: exaltabitur. Offr. Miserere michi dn̄e: secundū magnā m̄iam tuā/ dele dn̄e iniquitatē meā. ℣. Quoniā iniquitatem meam ego agnosco: et delictum meum contra me est semper. Secreta.

SAnctificationē tuā/ nobis dn̄e his mysterijs placatus operare: que nos et a terrenis purget vicijs: et ad celestia dona p̄ducat. Per. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua: letabor et exultabo in te/ psallā nomini tuo altissime. Postcōio.

SIt nobis dn̄e q̄s medicina mentis et corporis/ quod de sancto altari tuo p̄cepim⁹: vt nullis aduersitatibus fatigemur: qui tanti remedij participatiōe munimur. Per dn̄m. Sup populum. Humiliate capita vestra deo. Orō

PRopiciare dn̄e supplicationibus nostris: et aīarū nostrarū medere languoribus: vt remissione percepta: in tua semp benedictione letemur. Per dn̄m no.

¶ Feria. iiij. Officiū

NE derelinq̄s me domine: deus meus ne discedas a me. intēde in adiutoriū meū dn̄e v̄tus salutis mee. Ps. Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ in ira tua corripias me. Flectamus genua leuate. Orō

POpulum tuum q̄s dn̄e propicius respice: et q̄s ab escis carnalib⁹ p̄cipis abstinere: a noxijs quoq̄ vicijs cessare concede. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū. &c.

Lectio libri Hester. xiii.

IN diebus illis. Orauit hester ad dominū dicens. Domine deus rex oīpotēs: in ditione tua cūcta sunt posita: et nō est qui tue possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu eni dn̄e fecisti celū et terrā: et quicq̄d celi ambitu cōtinetur. Dn̄s oīm tu es: nec est qui resistat maiestati tue. Et nunc domine rex regum/ deus abrahā: miserere populo tuo. quia volūt nos inimici nostri perdere: et hereditatem tuā delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti de egypto: sed exaudi deprecationem nostram: et propicius esto sorti/ et funiculo hereditatis tue: et conuerte luctum nostrū in gaudium: vt viuentes/ laudemus nomen tuum. Et ne claudas ora canentiū te: dn̄e deus noster. Gr. Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas a me: et ero similis descendentibus in lacum. Tractus.

DE necessitatibus meis/ eripe me dn̄e: vide humilitatē meā/ et laborē meū: et dimitte oīa peccata mea. ℣. Ad te leuaui aīam meā: deus meus in te cōfido nō erubescā. neq̄ irrideant me inimici

mei. V. Eteni vniuersi qui te expectāt/nō cōfundentur: cōfūdant oēs faciētes vana.

¶ Secundū Matheum. xx.

In illo tpe. Ascendens iesus hierosolimā: assūpsit duodecim discipłos suos secreto/et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā: et filius hois tradet principibus sacerdotū et scribis: et cōdēnabunt eū morte. et tradēt eū gētib⁹ ad illudendū/et flagellādū/et crucifigendum: et tertia die resurget. Tunc accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filijs suis: adorās et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei: vnus ad dexterā tuā: et vn⁹ ad sinistrā/in regno tuo Respōdēs autē iesus/dixit. Nescitis qd petatis. Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidē meū bibetis: sedere autē ad dexterā meā vel ad sinistrā/non est meū dare vobis: sed qbus paratū est a patre meo. Et audientes decē: indignati sunt de duob⁹ fratribus. Jesus autē vocauit eos ad se: et ait. Scitis/quia principes gentiū dñantur eorū: et qui maiores sunt/potestatē exercent in eos. Nō ita erit inter vos. Sed qcunqz voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et q voluerit iter vos pmus esse: erit vester seru⁹. Sicut filius hois nō venit ministrari sed ministrare: et dare aiam suā/in redemptionem pro multis. Offr.

Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in te confido/non erubescā. neqz irrideant me inimici mei: eteni vniuersi qui te expectant/nō cōfundent. V. Dirige me in veritate tua et doce me: qa tu es deus salutaris meus/et te sustinui tota die. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerimus ppicius respice: et per hec sacrosancta cōmercia: vincula peccatorū nostrorū absolue. P do.

Cōio. Justus dñs/et iusticias dilexit: eqtatem vidit vultus eius. Postcōio.

Prosit nobis dñe qs misterij frequētata pceptio: vt a vetustatis cōditiōe purgati: ad tue nouitatis icremēta tēdam⁹. P. Sup populū. Hūiliate capita vrā. Orō

Deus innocētie restitutor et amator: dirige ad te tuorū corda seruorū. vt spūs tui feruore cōcepto: et in fide iueniant stabiles/ et in opere efficaces. P do. in vnitate eiusdē. ¶ Feria. v. Officiū.



Deus in adiutoriū meum intēde: dñe ad adiuuādum me festina. cōfundant et reuereātur iimici mei: q querūt aiam meā. ps. Auertant retrorsū et erubescāt: qui volūt mihi mala Flectamus genua leuate. Oratio.

Presta nobis qs dñe auxiliū gratie tue: vt ieiunijs et oratiōib⁹ cōueniēter intēti: liberemur ab hostibus mētis et corpis. P do.

Lectio hieremie prophete. xvij.

In diebus illis. Locutus est hieremias propheta dicens. Maledictus homo/qui cōfidit in hoie: et ponit carnem brachium suum: et a dño recedit cor eius. Erit eni quasi mirice in deserto: et non videbit cum venerit bonū sed habitabit in siccitate in deserto: iter-

ra salsuginis/et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in dño: et erit dñs fiducia eius. Et erit quasi lignũ quod transplantatur super aquas: quod ad humorem mittit radices suas: et non timebit/cũ venerit estus. Et erit foliũ eius viride: et in tempore siccitatis nõ erit sollicitum: nec aliquando desinet facere fructũ. Prauum est cor hominis/et inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dñs scrutãs corda/et probans renes: qui do vnicuiqꝫ iuxta viã suã: et iuxta fructũ adinuentionũ suarũ. Dicit dñs oipotens. Gr. Propici⁹ esto dñe peccatis nostris: nequãdo dicãt gẽtes vbi est deus eorũ. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nois tui dñe libera nos.

Secundũ Johãnem. v.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorũ. Nõ possũ ego a meipso facere quicq̃: sed sicut audio/iudico. Et iudiciũ meum iustum est: quia nõ quero voluntatẽ meã: sed voluntatẽ eius qui misit me. Si ego testimoniũ perhibeo de meipso: testimoniũ meum non est verũ. Alius est qui testimoniũ perhibet de me: et scio qꝛ verũ est testimoniũ eius quod perhibet de me. Uos misistis ad iohãnẽ: et testimoniũ perhibuit veritati. Ego autẽ nõ ab hoie testionũ accipio: sed hec dico/vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardẽs et lucẽs: vos autẽ voluistis ad horã exultare/i luce eius. Ego autẽ habeo testimoniũ maius iohãne. Opa eni que dedit mihi pater vt perficiã ea: ipsa opera que ego facio/testimoniũ perhibent de me: qꝛ pater me misit. Et qui misit me pater: ipse testimonium phibet de me. Neqꝫ vocẽ eius vnq̃ audistis: neqꝫ speciẽ eius vidistis. Et vbũ eius nõ habetis in vobis manẽs. qꝛ quẽ misit ille: huic vos nõ creditis. Scrutamini scripturas/i qb⁹ putatis vos vitã eternã habere: et ille sunt que testimoniũ phibẽt de me. Et nõ vultis venire ad me: vt vitã eternã habeatis. Claritatẽ ab oib⁹ nõ accipio: sed cognoui vos: qꝛ dilectionẽ dei non habetis in vobis. Ego veni in noie patris mei: et non accepistis me. Si alius venerit in noie suo: illũ accipietis. Quomodo vos potestis credere/qui gloriam ab inuicem accipitis: et gloriã que a solo deo est/non q̃ritis? Nolite putare/quia ego accusaturus sũ vos apud patrẽ. est qui accusat vos moyses: in quo vos speratis. Si eni crederetis moysi: crederetis forsitã ꝛ michi. De me enĩ ille scripsit. Si aũt illi⁹ litteris nõ creditis: quomodo verbis meis credetis. Offr. Precatus est moyses in ꝯspectu dñi dei sui/et dixit: precatus est moyses in ꝯspectu dñi dei sui/ꝛ dixit. q̃re dñe irasceris i populo tuo. parce ire aie tue: memẽto abrahã/isaac/et iacob: qbus iurasti dare terrã fluẽtẽ lac et mel: ꝛ placatus fact⁹ est dñs/de malignitate quam dixit facere populo suo. ℣. Dixit dñs ad moysen. inuenisti gratiã in ꝯspectu meo: et scio te pre oibus: ꝛ festinãs moyses inclinauit se in terram: et adorauit dicẽs. scio quia misericors es in milib⁹: auferẽs iniquitatem et peccata. Secreta.

Deus cui omniũ sacrificiorum varietate finita hostiã

nunc offerimus singularē: adesto
votis tua inspiratione conceptis:
vt in te sperantiū: et desideria iu-
beas perfici: et peccata deleri. Per
dñm. Cōio. Qui manducat meam car
nem/et bibit meū sanguinē: in me manet
et ego in eo/dicit dñs. Postcōio.

GRatia tua nos dñe q̄s nō de
relinquat: que et sacre nos
deditos faciat seruituti: et tuā no-
bis opem semper acquirat largita
tis: et ab oībus tueatur aduersis.
Per dñm. Sup populum. Humi
liate capita vestra deo. Oratio.

ADesto dñe famulis tuis: et
perpetuam benignitatem
largire poscentibus: vt his qui te
auctore et gubernatore gloriātur:
et congregata restaures: et restau-
rata conserues. Per dominum.

¶ Feria vi. Ad missā Officiū.

EGo autē cum iusticia
apparebo in cōspectu
tuo: satiabor dū ma-
nifestabit̃ gloria tua.
ps Exaudi domine iusti-
ciam meam: intende deprecationem meā.
Flectamus genua leuate. Oratio

DA q̄s oīpotens deus: vt sa-
cro nos purificātē ieiunio:
sinceris mētibus ad sancta ventu-
ra facias peruenire. Per dñm.

Lectio libri Genesis. xxxvij.

IN dieb' illis. Dixit ioseph
fratribus suis. Audite soni
um meū q̄d vidi. Putabā nos li-
gare manipulos in agro: et quasi
cōsurgere manipulū meū/ꝛ stare:
vestrosq; manipulos circūstātes/
adorare manipulū meū. Respon-
derunt fratres eius. Nunquid rex
noster eris: aut subiiciemur ditio-
ni tue? Hec ergo causa sōniorum atq;
sermonū: inuidie et odij fomitem
ministrauit. Aliud quoq; vidit sō
niū: q̄d narrās fratrib' / ait. Vidi
per sōniū/quasi solē/et lunā/ꝛ stel
las vndecim: adorare me. Qd cū
patri suo et fratrib' retulisset: icre
pauit eū pater suus/ꝛ dixit. Quid
sibi vult hoc sōniū/quod vidisti?
Nūq̄d ego et mater tua/et fratres
tui: adorabimus te super terram?
Inuidebāt ei igit̃ fratres sui: pa-
ter vero rem tacitus considerabat
Cumq; fratres illius in pascendis
gregibus patris/morarentur in si
chem: dixit ad eum israel. Fratres
tui pascūt oues in sichimis: veni/
mittā te ad eos. Quo respondente
presto sū/ait. Vade: ꝛ vide si cūcta
prospera sint erga fratres tuos et pe
cora: et renūcia michi quid agat̃.
Missus de valle ebrō: venit i sichē
Inuenitq; eū vir errātē in agro: et
iterrogauit eū q̄d q̄reret. At ille re
spōdit. Fratres meos q̄ro. Indica
mihi vbi pascūt greges. Dixitq; ei
vir: recesserūt de loco isto. Audiui
autē eos dicētes: eam' in dothaim
Perrexit ergo ioseph post fratres
suos: et inuenit eos in dothaim.
Qui cū vidissēt eū procul: anteq; ac-
cederet ad eos: cogitauerūt illū oc
cidere/et mutuo loq̄bant̃. Ecce sō-
niator venit: venite occidam' eū/
et mittam' in cisternā veterē: dice
musq;/fera pessima deuorauit eū.
Et tūc apparebit: q̄d illi prosint sō-
nia sua. Audiēs aūt hec ruben: ni
tebat̃ liberare eū de manib' eorū/
et dicebat. Nō interficiam' aīam

eius/nec effũdamus sanguinẽ: sed proicite eũ in cisternã hãc que est in solitudine: manusq; vestras/ser uate innoxias. Hoc autẽ dicebat: volẽs eũ eripere de manibus eorum: et reddere patri suo. Gr. Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. V. Dñe libera aĩam meã a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Tractus.

Domine non secundũ pctã nostra que fecimus nos: neq; secũdũ iniquitates nostras retribuas nobis V. Dñe ne memineris iniqtatũ nostrarũ antiquarũ: cito ãticipẽt nos mĩe tue: qa pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genu flectio cũ dicit V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriã nõis tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Secundũ Matheum. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis/et turbis iudeorum. Hõ quidã erat paterfamilias qui plantauit vineã: et sepẽ circundedit ei. Et fodit in ea torcular/et edificauit turrim: et locauit eam agricolis/et peregre pfectus est. Cum autem tempus fructuũ appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas: vt acciperẽt fructus eius. Et agricole apphẽsis seruis eius: aliũ ceciderũt: aliũ occiderũt: aliũ vero lapidauerũt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerũt illis similiter. Nouissime autẽ misit ad eos filiũ suũ/dicẽs. Verebũt forte filiũ meũ. Agricole autẽ vidẽtes filiũ: dixerũt intra se. Hic est heres: venite occidam⁹ eũ/et habebimus hereditatẽ eius. Et apprehensũ eũ/eiecerunt extra vineã: et occiderũt. Cum ergo venerit dñs vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et vineã suã locabit alijs agricolis: qui reddãt ei fructũ/tẽporib⁹ suis. Dicit illis iesus. Nunq; legistis in scripturis: lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes: hic fact⁹ est in caput anguli? A dño factũ est istud: et est mirabile ĩ oculis nostris. Ideo dico vobis: qa auferet a vobis regnũ dei: et dabit gẽti faciẽti fruct⁹ eius Et qui ceciderit sup lapidẽ istũ: cõfringet. Sup quẽ vero ceciderit: conteret eũ. Et cũ audissent principes sacerdotũ et pharisei parabolas eius: cognouerũt q de ipsis diceret. Et querẽtes eũ tenere: timuerunt turbas. Quoniã sicut pphetam: eũ habebãt. Offer. Dñe in auxiliũ meũ respice: confundant et reuereantur qui querunt animã meã/ vt auferant eam. V. Auertant retrorsum et erubescãt: qui cogitant michi mala. Secreta.

Hec in nobis sacrificia domine deus: et actiõe pmaneãt/ et operatione firment. Per dñm. Cõio. Tu dñe seruabis nos et custodies nos: a gñatiõe hac in eternũ. Postcõio.

Fac nos dñe q̃sum⁹ accepto pignore salutis eterne sic tẽdere cõgruenter: vt ad eam peruenire possim⁹. Per dominũ nostrũ Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Da q̃s dñe populo tuo salutem mentis et corporis: vt bonis operibus inherẽdo: tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dñm no. Sabbato post Reminiscere Officium.

Lex dñi irreprehẽsibilis cõuertẽs aĩas: testimoniũ dñi fidele/ sapientiã prestans paruulis. Ps. Celi enarrant gloriã dei: et opa manuũ eius annũciat firmamẽtũ. Flectam⁹ genua le. Oro

Da q̃s dñe nostris effectũ ieiuniis salutarẽ: vt castigatio carnis assũpta: ad nostrarũ vegetationẽ trãseat animarũ. Per.

Lectio libri Genesis .xxvii.

In dieb⁹ ill'. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrẽ tuũ loquentẽ cũ esau fratre tuo: et dicentẽ ei. Affer michi de venatiõe tua/ ⁊ fac cibos: vt comedã ⁊ bñdicam tibi corã dño/ anteq̃ moriar. Nũc ergo fili mi/ acquiesce ↄsiliis meis: et pergẽs ad gregẽ/ affer michi duos hedos optimos: vt faciã ex eis escas patri tuo/ quibus libenter vescit'. Quas cũ intuleris/ et comederit: bñdicat tibi/ priusq̃ moriat'. Cui ille respondit. Nosti: q̃d esau frater meus/ hõ pilosus sit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater meus/ et senserit: timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et inducat sup me maledictionẽ pro benedictiõe. Ad quẽ mater. In me sit (ait) ista maledictio fili mi: tantũ audi vocẽ meã: et pergẽs affer que dixi. Abiit/ ⁊ attulit: deditq̃ matri. Parauit illa cibos/ sicut nouerat velle patrẽ illius: et vestibus esau valde bonis q̃s apd' se habebat domi/ induit eũ. Pelliculasq̃ hedorũ/ circũdedit manibus: ⁊ colli nuda/ ptexit. Deditq̃ pulmẽtũ: ⁊ panes quos coxerat/ tradidit. Quib⁹ illatis/ dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq̃ iacob. Ego sũ esau p̃mogenitus tuus: feci tibi sicut p̃cepisti michi. Surge sede/ ⁊ comede de venatione mea: vt benedicat michi aĩa tua. Rursũq̃ isaac ad filiũ suum. Quomodo inquit tam cito ĩuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit: vt cito occurreret michi/ quod volebam. Dixitq̃ isaac. Accede huc/ vt tangã te fili mi: et probẽ vtrũ tu sis fili⁹ meus esau/ an nõ. Accessit ille ad patrẽ: et palpato eo/ dixit isaac. Vox q̃dẽ/ vox iacob est: sed man⁹/ man⁹ sũt esau. Et nõ cognouit eũ: q̃a pilose manus/ similitudinẽ maioris expresserãt. Benedicẽs ergo illi/ ait. Tu es fili⁹ meus esau? Respõdit. Ego sum. At ille. Affer michi (inq̃t) cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi aĩa mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiã et vinũ. Quo hausto: dixit ad eũ. Accede ad me: et da michi osculũ fili mi. Accessit: et osculatus est eũ. Statimq̃ vt sẽsit vestimẽtorũ illi⁹ fragrantiã: bñdicẽs illi/ ait. Ecce odor filii mei: sicut odor agri pleni/ cui bñdixit dñs. Det tibi de⁹ de rore celi ⁊ de pinguedine terre/ abũdantiã frumẽti/ vini/ et olei: ⁊ seruiãt tibi populi/ ⁊ adorent te trib⁹. Esto dñs fratrũ tuorũ: et ĩcuruent' ãte te/ filii matr' tue. Qui maledixerit tibi/ sit ille maledict⁹: ⁊ q̃ bñdixerit tibi/ bñdictiõib⁹ repleat'. Vix isaac sermonẽ ĩpleuerat: et egresso iacob foras/ venit esau: coctosq̃ de venatiõe cibos: ĩtulit patri/ dicẽs.

Surge pater mi: et comede de venatione filij tui: vt bñdicat michi aĩa tua. Dixitq; illi isaac Quis eni es tu? Qui respondit. Ego sum filius tuus ꝑmogenitus esau. Expauit isaac stupore vehementi: et vltra q̃ꝫ credi potest admirans/ait. Quis igit̃ ille est / qui dudũ captã venationẽ attulit michi: et comedi ex oĩbus priusq̃ꝫ tu venires? Benedixiq; illi: et erit bñdictus. Auditis esau sermonibus patris: irrugiit clamore magno: et consternatus/ait. Benedic etiã ꝛ mihi pater mi. Qui ait. Uenit german⁹ tuus frauduleñter: et accepit bñdictionẽ tuã. At ille subiunxit. Iuste vocatũ est nomen eius iacob: supplantauit enĩ me/en altera vice. Primogenita mea ãte tulit: et nũc secũdo surripuit benedictionẽ meã. Rursũq; ad patrẽ. Nũq̄d nõ reseruasti (ait) ꝛ mihi bñdictionẽ? Respõdit isaac. Dominũ tuũ illũ ꝯstitui: et oẽs fratres suos seruituti illi⁹ subiugaui. Frumẽto/et vino/et oleo/stabiliui eũ: et tibi post hec fili mi/vltra q̄d faciã? Cui esau. Nũ vnã inquit tãtũ bñdictionẽ habes pater? Michi quoq; obsecro/vt benedicas. Cũq; eiulatu magno fleret: motus isaac dixit ad eum. In pinguedine terre: et in rore celi desup: erit benedictio tua. Gr. Bonũ est cõfiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciandũ mane miam tuam: et veritatem tuam per noctem.

¶ Secundũ Lucam. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã habuit duos filios: ꝛ dixit adolescentior ex illis patri. Pater: da michi portionẽ substãtie/q̃ me ꝯtingit. Et diuisit illis substantiã. Et nõ post multos dies: cõgregatis oĩbus/adolescẽtior fili⁹ peregre ꝑfectus est in regionẽ longinquã: ꝛ ibi dissipauit substãtiã suã viuẽdo luxuriose. Et postq̃ꝫ oĩa cõsũmasset: facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abijt/et adhesit vni ciuiũ regionis illius: et misit illũ in villã suã/vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrẽ suũ de siliquis/ quas porci mãducabãt: et nemo illi dabat. In se autẽ reuersus: dixit. Quanti mercennarij in domo patris mei abundãt panibus: ego autẽ hic fame pereo? Surgã: et ibo ad patrẽ meũ/ꝛ dicã ei. Pater: peccaui in celũ et corã te: iã nõ sum dignus vocari fili⁹ tuus: fac me sicut vnũ ex mercẽnarijs tuis. Et surgens: venit ad patrẽ suũ. Cũ aũt adhuc lõge esset: vidit illũ pater ipsi⁹: ꝛ misericordia mot⁹ ẽ. Et accurrẽs/cecidit sup collũ eius: ꝛ osculat⁹ est eũ Dixitq; ei filius. Pater/peccaui in celũ ꝛ corã te: iã nõ sũ dignus vocari filius tuus. Dixit autẽ pater ad seruos suos. Cito/ꝓferte stolã primã/et ĩduite illũ: et date ãnulũ in manu eius/ et calciamẽta in pedes ei⁹. Et adducite vitulũ saginatũ/ꝛ occidite: ꝛ mãducem⁹ ꝛ epulemur. q̄a hic fili⁹ meus mortu⁹ erat/ et reuixit: perierat/ꝛ ĩuẽtus est. Et ceperũt epulari. Erat autẽ fili⁹ ei⁹ senior in agro. Et cũ veniret et appropinq̄ret domui: audiuit symphoniã et chorũ. Et vocauit vnum de

seruis: et iterrogauit/ qd hec essent Illeq dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluũ illũ recepit. Indignatus est autẽ: et nolebat introire. Pater ergo illius egressus: cepit rogare illũ. At ille respõdẽs: dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nũq mãdatũ tuũ pteriui: et nunq dedisti michi hedũ/ vt cũ amicis meis epularer. Sed postq hic fili? tuus/ qui deuorauit substãtiã suã cũ meretricibus venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipse dixit ei. Fili/ tu sẽp mecũ es: et oia mea tua sũt. Epulari autẽ et gaudere oportebat: qa frater tuus hic mortuus fuerat/ et reuixit. Perierat/ et inuentus est. Offr. Illumina oculos meos/ ne vnq obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus/ preualui aduersus eũ. ℣. Usqquo domine obliuisceris me in finem: quãdiu ponam consilia in anima mea. Secreta.

HIs sacrificiis dñe ꝯcede placatus: vt qui ppriis oram? absolui delictis/ non grauemur externis. Per dñm. Cõio. Oportet te fili gaudere: quia frater tuus mortu? fuerat/ et reuixit: perierat/ et inuentus est.

SAcramẽti tui Postcõio. dñe diuina libatio/ penetralia nostri cordis infũdat: et sui nos participes/ potenter efficiat. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

FAmiliã tuam qs dñe continua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis initit/ celesti etiã protectione/ muniat. Per.

¶ Dñica.iiii. qdragesime officiũ.



OCuli mei sẽp ad dñz: qm ipse euellet de laqueo pedes meos. respice i me et miserere mei: qm vnicus et pauper sũ ego. ps. Ad te dñe leuaui animã meã: deus meus in te confido nõ erubescã

QUesumus oipotẽs Oro. deus/ vota humiliũ respice: atq ad defensionẽ nostrã: dexterã tue maiestatis extende. Per dñm.

Ad ephesios. quinto.

FRatres. Estote imitatores dei sicut filii carissimi: et ambulate in dilectione/ sicut et christ? dilexit nos: et tradidit semetipsũ pro nobis: oblationẽ et hostiã deo/ in odorẽ suauitatis. Fornicatio autẽ et oĩs immũdicia/ aut auaricia: nec nominet in vobis/ sicut decet sãctos: aut turpitudo/ aut stultiloquiũ/ aut scurrilitas/ que ad rẽ nõ pertinet: sed magis gratiar actio. Hoc autẽ scitote intelligẽtes: quod ois fornicator/ aut immũdus/ aut auarus/ quod est idolor seruitus: nõ habet hereditatẽ in regno christi/ et dei. Nemo vos seducat ianibus verbis. Propter hec eni: venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis eni aliquãdo tenebre: nũc aũt lux i dño. Ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est: in omni bonitate/ et iusticia/ et veritate. Gr. Exurge dñe nõ preualeat homo: iudicent gẽtes in cõspectu tuo. ℣. In conuertẽdo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur et perient a facie tua. Tractus.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi

seruorũ: in manibus dominorũ suorũ. V. Et sicut oculi ancille in manibus dñe sue. V. Ita oculi nostri ad dominũ deum nostrum: donec misereatur nostri. V. Miserere nobis domine: miserere nobis.

¶ Secundũ Lucam. xi.

In illo tpe Erat iesus eiiciẽs demoniũ: et illud erat mutũ. Et cũ eiecisset demoniũ: locutus est mutus: et admirate sũt turbe. Quidã autẽ ex eis/ dixerũt. In beelzebub principe demoniorum/ eiicit demonia. Et alij tẽptantes: signũ de celo q̃rebant ab eo. Ipse autẽ vt vidit cogitationes eorũ: dixit eis. Oẽ regnũ in seipsũ diuisũ/ desolabit: et domus supra domũ cadet. Si autẽ et sathanas in seipsũ diuisus est: quomodo stabit regnũ ipsius: q̃a dicitis i beelzebub eiicere me demonia? Si autẽ ego in beelzebub eiicio demõia: filij vestri in quo eiiciũt? Ideo et ipsi iudices vestri erũt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in vos regnũ dei. Cum fortis armatus custodit atriũ suum: in pace sunt ea que possidet. Si autẽ fortior illo supueniẽs vicerit eũ: vniuersa arma ei⁹ auferet/ in q̃b⁹ cõfidebat: et spolia eius distribuet Qui non est mecũ: contra me est. Et qui non colligit mecũ: dispergit. Cũ imũdus spirit⁹ exierit ab hoie: ãbulat per loca inaquosa q̃rens requiẽ: et nõ inueniens/ dicit Reuertar in domũ meã: vnde exiui. Et cũ venerit: inuenit eam scopis mundatã. Tunc vadit: et assumit septẽ alios spiritus secũ/ neq̃ores se: et ingressi habitant ibi. Et fiũt nouissima hois illius/ peiora prioribus. Factũ est autẽ cũ hec diceret: extollẽs vocẽ q̃dã mulier de turba/ dixit illi. Btũs vẽter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbũ dei: et custodiunt illud.

Offer. Iustitie dñi recte letificantes corda: et dulciora super mel et fauum: nam et seruus tuus custodit ea.

Secreta.

Suscipe q̃s dñe deuotorum munera famulorũ: et tua diuinis purifica seruiẽtes pietate misterijs: quibus etiã iustificas ignorantes. Per.

Cõio. Passer inuenit sibi domũ: et turtur nidum vbi reponat pullos suos. altaria tua dñe v̄tutũ: rex meus et deus meus. beati qui habitant in domo tua: in sc̃m seculi laudabũt te.

Postcõ.

A Cũctis nos dñe reatibus et periculis ppiciatus absolue: quos tanti misterij tribuis esse participes. P.

¶ Feria. iij. Officiũ



In deo laudabo v̄bũ: i domino laudabo sermonem. in deo speraui: non timebo q̃d faciat michi homo. Ps. Miserere mei deus/ quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Flectamus genua leuate. Orõ

Cordibus nostris q̃s dñe gratiã tuã benignus infũde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus: ita sẽsus quoq̃ nostros/ a noxijs retrahamus excessib⁹. Per dominũ.

Lectio libri Regũ. iiii. v.

In diebus illis. Naamã pnceps militie regis syrie: erat vir magnus apud dñm suũ/ et honoratus. Per illum eni dedit dñs

salutem syrie. Erat autem vir fortis et dives: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrūculi: et captiuā duxerāt de terra israel puellā paruulā/ que erat in obseqō vxoris naamā. Que ait ad dn̄am suā Utinā fuisset dn̄s me⁹ ad pphetā qui est in samaria: pfecto curasset eū a lepra quā habet Ingressus est itaqꝫ naamā ad dn̄m suū: ⁊ nūciauit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta est puella de terra israel. Dixitqꝫ ei rex syrie. Uade: ⁊ mittā litteras ad regē israel. Qui cū pfectus esset: et tulisset secū decē talēta argenti: et sex milia aureos: ⁊ decē mutatoria vestimētorum: detulit litteras ad regem israel/ in hec verba. Cū acceperis epistolā hanc: scito qđ miserim ad te naamā seruū meum/ vt cures eū a lepra sua. Cumqꝫ legisset rex israel litteras: scidit vestimenta sua/ ⁊ ait. Nūqđ deus ego sum: vt occidere possim/ et viuificare: qꝛ iste misit ad me/ vt curē hoiem a lepra sua? Aiaduertite et videte: quot occasiōes querat aduersū me Quod cū audisset heliseus vir dei/ scidisse videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eū dicēs. Cur scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me: et sciat esse prophetā in israel. Uenit ergo naamā cū equis et curribus: ⁊ stetit ad ostiū dom⁹ helisei Misitqꝫ ad eū heliseus nunciū/ dicēs. Uade/ et lauare septies i iordane: et recipiet sanitatē caro tua/ atqꝫ mundaberis. Iratusqꝫ naamā: recedebat dicēs. Putabā qđ egrederet ad me: ⁊ stās iuocaret nomē dn̄i dei sui: et tangeret manu sua locū lepre/ et curaret me. Nūquid nō meliores sūt abana et pharfar fluuij damasci/ oibus aquis israel: vt lauer in eis ⁊ munder? Cum ergo vertisset se ⁊ abiret indignans: accesserūt ad eū serui sui/ et locuti sunt ei. Pater/ ⁊ si rem grādē dixisset tibi ppheta: certe facere debueras. Quātomagis/ qꝛ nūc dixit tibi: lauare/ et mūdaberis? Descendit ⁊ lauit in iordane septies/ iuxta sermonem viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli/ et mundatus est a lepra. Reuersusqꝫ ad virum dei cum vniuerso comitatu suo: venit et stetit corā eo/ et ait. Uere scio qꝫ non sit deus alius in vniuersa terra: nisi tantū dominus deus israel. Gr. Deus vitam meā nunciaui tibi: posuisti lacrimas meas in cōspectu tuo. V. Miserere michi domine quoniā conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Tractus.

Domine non secundū pctā nostra que fecimus nos: neqꝫ secūdū iniquitates nostras retribuas nobis V. Dn̄e ne memineris iniqtatū nostrarū antiquarū: cito anticipēt nos mīe tue: qꝛ pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflectio cū dicit V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriā nois tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

¶ Secundū Lucam. iiii.

In illo tpe Dixerūt pharisei ad iesū. Quāta audiuimus facta in capharnaū: fac ⁊ hic in patria tua. Ait aūt. Amē dico vobis quia nemo ppheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in dieb⁹ helie in

israel/quādo clausū est celū annis tribus et mensib⁹ sex: cū facta esset fames magna in oī terra: ⁊ ad nullā illarū missus est helyas: nisi in sareptā sydonie/ ad mulierem viduā. Et multi leprosi erāt in israel sub heliseo ꝓpheta: et nemo eorū mūdat⁹ est/ nisi naaman syrus Et repleti sūt oēs in sinagoga ira/ hec audiētes. Et surrexerūt/ et eiecerūt illū extra ciuitatē: ⁊ duxerūt illū vsq₃ ad superciliū montis: sup quem ciuitas illoꝝ erat edificata: vt precipitarent eū. Ipse autē trāsiens: per mediū illoꝝ ibat. Offr. Exaudi deus orationē meam: et ne despexeris deprecationē meā: intēde in me ⁊ exaudi me. V. Conturbatus sum a voce inimici/ et a tribulatiōe peccatoris: ⁊ expectabam eū qui me saluū faceret. Secreta

Munus quod tibi dn̄e nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentū. Per do. Cōio. Quis dabit ex syon salutare israel: cū auerterit dn̄s captiuitatē plebis sue/ exultabit iacob et letabit israel

Presta q̄s oēs et Posteōio. misericors deus: vt que ore cōtingimus: pura mēte capiam⁹. Per dn̄m. Sup populum Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Subueniat nobis q̄s dn̄e misericordia tua: vt ab imminentibus peccatoꝝ nostroꝝ periculis: te mereamur protegente eripi: te liberante saluari. Per dn̄m.

¶ Feria.iij. Ad missā Officiū

Ego clamaui/ quoniā exaudisti me deus. inclina aurē tuam et exaudi verba mea. custodi me dn̄e vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarū ꝓtege me. Ps. Exaudi dn̄e iusticiā meā: intēde deprecationē meā. Flectam⁹ genua leuate

Exaudi nos oīpotēs Oratio et misericors deus: et cōtinētie salutaris ꝓpicius nobis dona cōcede. Per dn̄m nostrum.

Lectio libri Regum. iiii.iiii.

In diebus illis. Mulier q̄dā clamabat ad heliseū ꝓphetā dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti/ q̄a seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit/ vt tollat duos filios meos: ad seruiendū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi: quid habes in domo tua? At illa respondit. Nō habeo ancilla tua quicq̄ i domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Uade/ et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis/ vasa vacua non pauca: et ingredere domum tuam: et claude ostiū cum itrinsecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in oīa vasa hec: ⁊ cū plena fuerint/ tolles. Iuit itaq₃ mulier: et clausit ostiū super se: ⁊ sup filios suos. Illi offerebāt vasa: ⁊ illa infūdebat. Cūq₃ plena fuissēt vasa: dixit ad filium suū. Affer michi adhuc vas. Et ille respōdit. Non habeo. Stetitq₃ oleū. Uenit autē illa: et indicauit hoī dei. Et ille. Uade inquit vende oleū: et redde creditori tuo. Tu autē et filij tui: viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis munda me dn̄e: et ab alienis parce seruo tuo. V. Si mei nō fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.

¶ Secundū Matheum. xviii.

In illo tpe. Respiciens iesus discipulos suos: dicit simoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eũ inter te et ipsũ solũ. Si te audierit: lucratus eris fratrẽ tuũ. Si autẽ te non audierit: adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos: vt in ore duorũ vel trium testiũ/stet oẽ verbũ. Qd si nõ audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiã nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis. Quecunqꝫ alligaueritis super terrã: erũt ligata et in celo. Et quecũqꝫ solueritis sup terram: erunt soluta ⁊ in celo. Iterũ dico vobis: qꝛ si duo ex vobis cõsenserint sup terram de oĩ re quãcũqꝫ petierint: fiet illis a patre meo qui in celis est Ubi enĩ sunt duo vel tres ꝯgregati in noĩe meo: ibi sum in medio eorũ. Tunc accedẽs petrus ad eũ/dixit. Dñe/ quotiens peccabit in me frater meus/et dimittã ei: vsqꝫ septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagies septies. Offr. Dextera dñi fecit ꝟtutẽ: dextera dñi exaltauit me: nõ moriar sed viuã: et narrabo opera dñi. ℣. In tribulatione inuocaui dñm/ ⁊ exaudiuit me in latitudine: quoniã dñs adiutor meꝰ est. Secre.

Per hec veniat qs dñe sacramẽta nostre redẽptiõis effectus: qui nos et ab humanis retrahat semp excessibꝰ: et ad salutaria cuncta pducat. Per. Cõio. Dñe qs habitabit in tabernaculo tuo: aut qs requiescet in monte sancto tuo. qui ingreditur sine macula: et operaꝛ iusticiã. Postcõ.

Sacris dñe mysterijs expiati: ⁊ veniã qs ꝯsequamur et gratiã. Per dñm. Sup populum Humiliate capita vestra deo. Orõ

Tua nos dñe protectione defende: et ab omni semp iniquitate custodi. Per.

¶ Feria quarta. Officium.

Ego autẽ in dño sperabui. exultabo ⁊ letabor in tua mia: qꝛ respexisti humilitatẽ meam. Ps. In te dñe speraui non ꝯfũdar in eternũ: in iusticia tua libera me Flectamus genua leuate. Oratio.

Presta nobis qs dñe: vt salutaribꝰ ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vicijs abstinẽtes: ppiciationẽ tuã facilius impetremus. Per. Lectio libri Exodi. xx.

Hec dicit dñs deus. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuam/ vt sis longeuus super terrã: quã dñs deus tuus dabit tibi. Nõ occides: nõ mechaberis: non furtũ facies: nõ loquaris contra proximũ tuũ falsũ testimoniũ. Non cõcupisces domũ pximi tui: nec desiderabis vxorẽ eiꝰ. nõ seruũ/ nõ ancillã/ nõ bouẽ/non asinũ: nec oĩa que illius sunt. Cũctus autẽ populus audiebat voces: et videbat lampades/et sonitũ buccine: montẽqꝫ fumigãtem: et perterriti/ac pauore pcussi: steterũt pcul dicẽtes moysi. Loqre tu nobis: et audiemus. Non loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Ut enĩ pbaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis/ ⁊ nõ peccaretis. Stetitqꝫ populus de longe: moyses autẽ accessit ad caliginẽ in qua erat deus.

Dixitqz preterea dn̄s ad moysen. Hec dices filiis israel. Vos vidistis quod de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos/facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis super eo holocausta et pacifica vestra: oues v̄ras/ et boues: in oi loco/ i quo meo᷑ia fuerit nois mei. Gr. Miserere michi dn̄e: quoniā ifirm⁹ sum sana me dn̄e. V. Cōturbata sunt oia ossa mea: et aia mea turbata est valde Tract⁹

De necessitatib⁹ meis eripe me domine: vide humilitatē meā et laborē meū: et dimitte oia peccata mea. V. Ad te leuaui aiam meā: deus meus in te confido non erubescā: neqz irrideāt me inimici mei. V. Eteni vniuersi qui te expectāt nō cōfundent: cōfūdant oēs facientes vana.

Secundū Matheum. xv.

In illo tpe. Accesserūt ad iesū ab hierosolymis scribe et pharisei/ dicētes. Quare discipuli tui trāsgrediūt traditiōes senio᷑. Nō eni lauant man⁹ suas cū panē manducāt. Ipse autē respondēs/ ait illis. Quare et vos trāsgredimini mandatū dei/ ꝓpter traditionē vestrā. Nam deus dixit. Hono᷑a patrē et matrē: et q̄ maledixerit patri vel matri: mo᷑te mo᷑iat. Vos autē dicitis/ q̄cūqz dixerit patri vel matri: mun⁹ quodcūqz est ex me/ tibi ꝓderit: et nō hono᷑ificabit patrē suū et matrē suā: et irritū fecistis mādatū dei/ ꝓpter traditionē vestrā. Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis isaias dicēs. Popul⁹ hic labiis me hono᷑at: co᷑ autem eo᷑ longe est a me. Sine causa autē colunt me: docētes doctrinas ac mādata hoim. Et cōuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Nō qd̄ itrat in os coinq̄nat hoiez: sed qd̄ procedit ex o᷑e/ hoc coinquinat hoiem. Tūc accedētes discipuli eius: dixerūt eis. Scis q̄a pharisei audito verbo hoc/ scandalizati sūt. At ille respōdēs/ ait. Ois plātatio quā nō plātauit pater meus celestis: eradicabit. Sinite illos: ceci sunt/ et duces ceco᷑um. Cecus autē si ceco ducatū p᷑estet: ambo i foueā cadunt. Respondēs autē petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolam istā. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis. Nō intelligitis quia omne qd̄ in os intrat: in ventrē vadit/ et in secessū emittitur. Que autem ꝓcedūt de o᷑e: de co᷑de exeūt: et ea coinq̄nāt hoiem. De co᷑de eni exeūt cogitatiōes male: homicidia/ adulteria/ fo᷑nicationes/ furta/ falsa testimonia: blasphemie. Hec sunt/ que coinq̄nant hoiem. Nō lotis autē manib⁹ mādūcare: nō coinq̄nat hoiem. Off.

Dn̄e fac mecū scd̄m misérico᷑diā tuā propter nomē tuū: quia suauis est mia tua. V. Deus laudē meā ne tacueris: q̄a os peccato᷑is et dolosi sup me aptū est. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e p᷑eces populi tui cū oblatiōibus hostiarū: et tua mysteria celeb᷑antes: ab oibus nos defende periculis. Per dn̄m. Cōio. Notas michi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cū vultu tuo dn̄e.

Sanctificet nos q̄s Postcō. dn̄e qua pasti sumus mēsa celestis: et a cūctis erro᷑ibus expiatos/ supernis p᷑omissionibus reddat acceptos. Per. Super populū

hũiliate capita vestra deo. Orõ.

CONcede q̃s oĩpotens deus: vt qui ꝓtectionis tue gratiã querimus: liberati a malis oĩbus/ secura tibi mente seruiamus. Per dñm. ¶ Feria quinta. Officiũ

SAlus populi ego sum dicit dñs: de quacunq̧ tribulatione clamaue rint ad me/ exaudiam eos: et ego illoꝝ dñs in ꝑpetuũ. ps. Attẽdite popule meus legẽ meã: iclinate aurẽ vestrã/ i verba oꝛis mei. Flectamus genua/ leuate. Oꝛatio.

COncede q̃s oĩpotẽs deus: vt ieiunioꝝ nobis sancta deuo tio: et purificationẽ tribuat: ⁊ ma iestati tue nos reddat acceptos. P.

Lectio hieremie pꝛophete. vii.

IN dieb⁹ illis. Factus est ser mo dñi ad me dicẽs. Sta in poꝛta domus dñi: et p̄dica ibi ver= bũ istud/ et dic. Audite verbũ dñi oĩs iuda: qui ingredimini per poꝛ tas has/ vt adoꝛetis dñm. Hec di cit dñs exercituũ deus israel. Bo= nas facite vias vestras/ et studia ve stra: ⁊ habitabo vobiscũ i loco isto Nolite cõfidere in verbis mẽdacii dicẽtes: tẽplũ dñi: tẽplũ dñi: tem= plũ dñi est. Quoniã si bñ dixeritis vias vestras/ ⁊ studia vestra: si fece ritis iudiciũ inter virũ ⁊ pꝛoximũ eius: aduene ⁊ pupillo et vidue nõ feceritis calũniã: nec sãguinẽ ino= centẽ effuderitis in loco hoc: ⁊ post deos alienos nõ ambulaueritis in malũ vobismetipsis: habitabo vo biscũ in loco isto/ in terra quam de di patribus vestris: a seculo et vsq̧ in seculũ. Dicit dñs oĩpotens. Gꝛ

Oculi oĩm in te sperant dñe: ⁊ tu das illis escam in tempoꝛe opoꝛtuno. V. Aperis tu manũ tuã: et imples omne animal benedi ctione. ¶ Secundũ Johannẽ. vi.

IN illo tpe. Dixit iesus tur= bis iudeoꝝ. Operamini nõ cibũ qui perit: sed q̇ ꝑmanet ĩ vitã eternã: quẽ fili⁹ hoĩs dabit vobis. Hũc eñi pater signauit deus. Dixe rũt ergo ad eũ. Quid faciemus: vt operemur opera dei? Respondit ie sus: et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eum quem misit ille Dixerũt ergo ei. Q̃d ergo tu facis signũ: vt videamus et credam⁹ ti= bi? Quid operaris? Patres nostri mãducauerũt manna in deserto: sicut scriptũ est. Panem de celo de dit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amen amẽ dico vobis: non moyses dedit vobis panẽ de celo: sed pater meus dat vobis panẽ de celo verũ. Panis eñi dei est qui de= scẽdit de celo: ⁊ dat vitã mũdo. Di xerũt ergo ad eũ. Dñe: semꝑ da no bis hũc panẽ. Dixit autẽ eis iesus Ego sum panis vite. Qui venit ad me: nõ esuriet. Et qui credit i me/ nõ sitiet vnq̃. Offꝛ. Si ambulauero in medio tribulatiõis viuificabis me dñe: et sup irã iimicoꝛũ meoꝛũ extendes manũ tuam/ ⁊ saluũ me fecit dextera tua. V. In quacũq̧ die inuocauero te exaudi me dñe: multiplicabis in anima mea virtutẽ tuam

HAc nos dñe q̃s ad Secreta sãcta mysteria/ purificatis mẽtibus accedere: vt tibi semꝑ cõ= petens deferamus obsequiũ. Per Cõio. Tu mãdasti mandata tua custodi ri nimis. vtinã dirigant᷑ vie mee: ad custo= diendas iustificationes tuas. Postcõio

SAcramēti tue dñe veneranda perceptio: ꝛ mystico nos mundet effectu et perpetua virtute defēdat. Per. Super populum

Humiliate capita vestra deo. Orō

SUbiectū tibi populū q̄s domine ꝓpiciatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mandatis. Per dominum.

¶ Feria. vi. Officium

FAc mecū dñe signū in bonū: vt videāt q̄ me oderunt et cōfūdanť: quoniam tu dñe adiuuisti me: ꝛ consolatus es me. Ps. Inclina dñe aurē tuā et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego.

IEiunia nostra q̄s Oratio. dñe benigno fauore ꝓsequere: vt sicut ab alimētis abstinem⁹ in corpore: ita a viciis ieiunemus in mente. Per dominū nostrum.

Lectio libri Numeri. xx.

IN dieb⁹ illis. Cōuenerūt filii israel aduersū moysen et aaron: ꝛ versi in seditionē/dixerūt Date nobis aquā/vt bibam⁹. Ingressiq̄ꝫ moyses et aaron / dimissa multitudine ante tabernaculū federis: corruerūt proni in terrā: clamauerūtq̄ꝫ ad dñm/ atq̄ꝫ dixerunt Dñe deus/ exaudi clamorē populi hui⁹: ꝛ aperi eis thesaurū tuū/fontē aque viue: vt satiati/cesset murmuratio eorū. Et apparuit gloria dñi sup eos. Locutusq̄ꝫ est dñs ad moysen dicens. Tolle virgā: et cōgrega populū tu ꝛ aaron frater tuus: et loq̄mini ad petrā corā eis/et illa dabit aq̄s Cūq̄ꝫ eduxeris aquā de petra: bibet oīs multitudo/ꝛ iumēta ei⁹. Tulit igiť moyses virgā que erat in ꝯspectu dñi/sicut ꝓcepe rat ei. Cōgregata oī multitudine ante petrā: dixitq̄ꝫ eis. Audite rebelles et icreduli. Nū de petra hac vobis aquā poterim⁹ eiicere? Cūq̄ꝫ eleuasset moyses manū: percutiens virga bis silicē/egresse sunt aq̄ largissime: ita vt populus biberet et iumēta. Dixitq̄ꝫ dñs ad moysen et aaron. Quia non credidistis michi/ vt sāctificaretis me corā filiis israel: non introducetis hos populos in terrā: quā dabo eis. Hec est aqua ꝯtradictiōis: vbi iurgati sūt filii israel cōtra dñm: et sanctificatus est in eis. Gr. In deo sperauit cor meū et adiutus sum: ꝛ refloruit caro mea: et ex volūtate mea confitebor illi. V. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas/ ne discedas a me. Tractus.

DOmine non secundū pctā nostra que fecimus nos: neq̄ꝫ secūdū iniquitates nostras retribuas nobis V. Dñe ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquarū: cito ātícipēt nos mīe tue: q̄a pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflectio cū diciť V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriā noīs tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

¶ Secundū iohannē. iiii.

IN illo tpe. Uenit iesus in ciuitatē samarie que diciť sichar: iuxta prediū qđ dedit iacob ioseph filio suo. Erat autē ibi fons iacob. Jesus ergo fatigat⁹ ex itinere: sedebat sic sup fontē. Hora autē erat quasi sexta. Uenit mulier de samaria/haurire aquam. Dicit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli

enim eius abierunt in ciuitatem/ vt cibos emerēt. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū sis: biber e a me poscis/ que sum mulier samaritana? Nō enim coutunt̄ iudei samaritanis. Respondit iesus: et dixit ei. Si scires donum dei: et quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: et dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dn̄e/ neqꝫ i quo haurias habes: et puteus alt⁹ est. Unde ergo habes aquā viuā? Nūquid tu maior es patre nostro iacob/ qui dedit nobis puteum: et ipse ex eo bibit/ et filij eius: et pecora eius? Respondit iesus: ⁊ dixit ei Omnis qui bibit ex aqua hac: sitiet iterū. Qui autē biberit ex aqua quam ego dabo ei: nō sitiet ineternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternā. Dicit ad eum mulier. Domine: da mihi hāc aquā/ vt non sitiam: neqꝫ veniā huc haurire. Dicit ei iesus. Uade voca virum tuū: ⁊ veni huc. Respondit ei mulier: et dixit. Nō habeo virum Dicit ei iesus. Bene dixisti: quia non habeo virum. Quinqꝫ enim viros habuisti: et nunc quem habes/ non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine: video q̄a propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: et vos dicitis: q̄a hierosolimis est locus/ vbi adorare oportet. Dicit ei iesus. Mulier/ crede mihi: quia veniet hora: quando neqꝫ in monte hoc: neqꝫ in hierosolimis/ adorabitis patrē. Uos adoratis/ quod nescitis: nos adoram⁹/ q̄d scimus: q̄a salus ex iudeis est. Sed venit hora et nūc est: q̄n veri adoratores: adorabūt patrē/ in sp̄ū ⁊ veritate. Nā et pater tales q̄rit: qui adorēt eum Sp̄ūs est deus: et eos q̄ adorāt eū/ in sp̄ū et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio q̄a messias venit/ qui dicit̄ xp̄us. Cū ergo venerit: ille nobis ānūciabit oīa. Dicit ei iesus. Ego sū: q̄ loquor tecū. Et ꝯtinuo venerūt discipuli ei⁹: et mirabant̄/ q̄a cū muliere loq̄bat̄. Nemo tamen dixit ei q̄d q̄ris: aut q̄d loq̄ris cū ea. Reliquit ergo hydriā suā mulier: et abijt in ciuitatem: et dicit illis hoībus. Uenite ⁊ videte hoīem/ qui dixit michi oīa quecūqꝫ feci. Nūquid ipse est christus? Exierunt ergo de ciuitate: et veniebāt ad eū. Interea rogabāt eū discipuli/ dicētes. Rabbi: manduca. Ille autē dixit eis. Ego cibū habeo mādūcare/ quē vos nescitis Dicebāt ergo discipuli ad inuicē. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis iesus. Meus cib⁹ est: vt faciā volūtatē eius q̄ misit me: vt p̄ficiā opus eius. Nōne vos dicitis: q̄d adhuc quattuor mēses sunt/ ⁊ messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros/ ⁊ videte regiōes: q̄a albe sūt iā ad messē Et q̄ metit/ mercedē accipit: ⁊ ꝯgregat fructū in vitā eternā. Ut et q̄ seminat/ simul gaudeat: et q̄ metit. In hoc eni est v̄bū verū: q̄a ali⁹ est q̄ seminat/ et ali⁹ est q̄ metit. Ego misi vos metere/ q̄d vos nō laborastis Alij laborauerūt: ⁊ vos in labores eorꝫ itroistis. Ex ciuitate autē illa/

multi crediderunt in eũ samaritanorũ: ppter verbũ mulieris testimoniũ perhibentis: quia dixit michi omnia quecunq feci. Cum venissent ergo ad illum samaritani: rogauerunt eum/ vt ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt in eum propter sermonẽ eius/ et mulieri dicebãt: quia iam nõ propter tuã loquelã credimus. Ipsi enĩ audiuimus et scim?: q̃a hic est vere saluator mũdi. Offr. Intende voci orationis mee/ rex meus et deus meus: quoniã ad te orabo dñe. V. Verba mea auribus pcipe dñe: intellige clamorem meum/ et exaudi me.

Respice dñe ppicius Secreta ad munera que sacram?: vt et tibi grata sint: et nobis salutaria sẽper existãt. Per dominũ. Cõio. Qui biberit aquã quã ego do/ dicit dñs samaritane: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Postcõio.

Huius nos dñe pceptio sacramẽti mũdet a crimine: et ad celestia regna pducat. Per. Sup populũ. Hũiliate capita vrã. Orõ

Presta q̃s oĩps de?: vt qui in tua ptectione ↄfidimus: cũcta nobis aduersãtia te adiuuante vincam?. P. ¶ Sabbato officiũ



Verba mea aurib? pcipe dñe: itellige clamorem meũ: intende voci orationis mee. ps. Rex meus / et deus meus. Flectamus genua Leuate. Orõ.

Presta q̃s oĩps deus: vt qui se affligendo carnẽ ab alimentis abstinẽt: sectando iusticiam/ a culpa ieiunent. Per dominum.

Lectio danielis prophete.

In dieb? illis. Erat vir in babilone: et nomẽ ei? ioachim Et accepit vxorẽ noĩe susãnã/ filiã helchie: pulchrã nimis/ et timentẽ deũ. Parẽtes autẽ illius/ cũ essẽt iusti: erudierũt filiã suam / secundũ legẽ moysi. Erat autẽ ioachim diues valde: et erat ei pomeriũ vicinum domui sue. Et ad ipsũ cõfluebant iudei: eo q̃d esset honorabilior oĩm. Et ↄstituti sunt duo senes iudices in ãno illo: de q̃b? locutus est dñs: q̃a egressa est iĩq̃tas de babylone/ a seniorib? iudicib?: q̃ videbanꝛ regere populũ. Isti frequentabãt domũ ioachim: et veniebãt ad eos oẽs q̃ habebãt iudicia. Cũ aũt ppls reuertisset post meridiẽ ingrediebaꝛ susãna: et deambulabat ĩ pomerio viri sui. Et videbãt eã senes quotidie igredientẽ et deambulãtẽ: et exarserũt in ↄcupiscẽtiã eius. Et euerterũt sensũ suũ: et declinauerũt oculos suos/ vt nõ viderẽt celũ: neq recordarenꝛ iudiciorũ iustor. Factũ est autẽ cũ obseruarẽt diẽ aptũ/ quãdo eã possẽt inuenire solã: ingressa est aliq̃n sicut heri et nudiustertius/ cum duabus solis puellis: voluitq lauari in pomerio. Estus q̃ppe erat Et nõ erat ibi q̃sq̃: preter duos senes abscõditos/ ↄtẽplãtes eã. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleũ et smigmata: et ostia pomerij claudite/ vt lauer. Cũ autẽ egresse essẽt puelle: surrexerũt duo senes: et accurrerũt ad eã/ et dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sũt/ et nemo nos videt: et in cõcupiscentia tui sumus. Quãob-

rē assentire nobis/et comiscere nobiscū. Qđ si nolueris: dicemus testimoniū contra te ꝙ fuerit tecum iuuenis: ⁊ ob hanc causā/emiseris puellas a te. Ingemuit susanna/⁊ ait. Angustie michi sunt vndiqꝫ. Si eni hoc egero/ mors michi est: si autē non egero/ non effugiā manus vestras. Sed melius michi est absqꝫ opere incidere in manus vestras: ꝙ peccare in conspectu dn̄i. Et exclamauit voce magna susanna: exclamauerūt autē et senes aduersus eā: et cucurrit vnus/et aperuit ostia pomerij. Cū autē audissent clamorē i pomerio famuli domus: irruerūt per posticū/vt viderent qđnā esset. Postꝙ autē senes locuti sūt: erubuerūt serui vehemēter: qꝛ nunꝙ dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna. Et facta est dies crastina. Cūqꝫ venisset populus ad virū eius ioachim: venerūt ⁊ duo presbyteri/ pleni iniqua cogitatione aduersus susannā/ vt interficerēt eā. Et dixerunt coram populo. Mittite ad susānā filiam helchie vxorē ioachim. Et statim miserunt. Et venit cū parentibus et filijs: et vniuersis cognatis suis Flebāt igit͛ sui: et oēs qui eā nouerant. Cōsurgētes autē duo presbyteri i medio populi: posuerūt manus suas sup caput ei⁹. Que flens suspexit ad celū. Erat autē cor ei⁹ fiduciā habēs in dn̄o. Et dixerunt presbyteri. Cū deambularem⁹ in pomerio soli: ingressa est hec cum duabus puellis: et clausit ostia pomerij/⁊ dimisit a se puellas Uenitqꝫ ad eā adolescēs/ qui erat absconditus: ⁊ concubuit cum ea. Porro nos cū essemus in āgulo pomerij: videntes iniqtatē/cucurrimus ad eos: ⁊ vidimus eos pariter cōmisceri. Et illū quidē nequiuimus ꝯprehendere: qꝛ fortior nobis erat. Et aperto ostio: exiliuit. Hāc autē cū apphendissemus: iterrogauimus qsnā esset adolescēs: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus Credidit eis multitudo/ qsi senioribus ⁊ iudicibus populi: et ꝯdēnauerūt eā ad mortē Exclamauit autē voce magna susāna/⁊ dixit De⁹ eterne/ q abscōditorū es cognitor: qui nosti oīa āteꝙ fiāt: tu scis qm̄ falsū ꝯtra me tulerūt testimoniū. Et ecce morior: cū nichil horū fecerim/ que isti maliciose cōposuerūt aduersū me. Exaudiuit autē dn̄s vocē eius. Cūqꝫ duceret͛ ad mortē: suscitauit deus spiritū pueri iunioris/ cui nomē daniel. Et exclamauit voce magna. Mūdus ego sum a sanguine huius. Et cōuersus oīs populus ad eū/dixit. Quis est iste sermo / quē tu locutus es? Qui cū staret in medio eorū/dixit. Sic fatui filij israel: non iudicātes/ neqꝫ quod verum est cognoscētes: condēnastis filiā israel? Reuertimini ad iudiciū: qꝛ falsum testimoniū/ locuti sunt aduersus eā. Reuersus est ergo populus cum festinatiōe: et dixit ad eos daniel. Separate illos ab inuicē procul: ⁊ diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnū de eis/et dixit ad eū Inueterate dierꝫ malorꝫ: nūc venerūt pctā tua q̄ opabaris ꝑus: iudicās iudicia iiusta: inocētes op

primēs: et dimittēs noxios/dicen-
te dño. Innocentē et iustū/ nō in-
terficies. Nūc ergo si vidisti eam:
dic sub qua arbore videris eos col-
loquētes sibi? Qui ait. Sub cino.
Dixit autē daniel. Recte mētitus
es in caput tuū. Ecce enī angelus
dñi/ accepta sententia ab eo: scin-
det te medium. Et amoto eo: ius-
sit venire aliū/ et dixit ei. Semen
chanaan et non iuda: species dece-
pit te/et cōcupiscētia subuertit cor
tuū. Sic faciebatis filiab⁹ israel:
et ille timētes/loquebantur vobis
Sed non filia iuda/ sustinuit iniq
tatem vestram. Nunc ergo dic mi
chi: sub qua arbore cōprehenderis
eos loquentes sibi? Qui ait. Sub
prino. Dixit autē ei daniel. Recte
mentitus es & tu in caput tuū. Ma
net enī angelus dñi gladiū habēs/
vt secet te mediū: et interficiat vos
Exclamauit itaqȝ oīs cet⁹ voce ma
gna: et benedixerūt deum: qui sal-
uat sperātes in se. Et cōsurrexerūt
aduersus duos presbyteros. Cōui
cerat enī eos daniel ex ore suo: fal-
sum dixisse testimoniū. Fecerūtqȝ
eis/sicuti male egerāt aduers⁹ pxi
mū: et interfecerunt eos. Et salua
tus est sāguis innoxius: in die illa
Gr. Si ambulē in medio vmbre mortis/
nō timebo mala: quoniā tu mecū es dñe.
V. Uirga tua et baculus tuus: ipsa me cō
solata sunt. ¶ Scdm Johānē. viij
IN illo tpe. Perrexit iesus in
montem oliueti: et diluculo
iterū venit in tēplū. Et oīs popu-
lus venit ad eū: et sedens docebat
eos. Adducunt autē scribe & phari
sei mulierē in adulterio dephēsā:
et statuerūt eā in medio/& dixerūt
ei. Magister: hec mulier modo de-
prehensa est in adulterio. In lege
autē/ moyses mādauit nobis hu-
iusmodi lapidare. Tu ergo qd di-
cis? Hoc autē dicebāt tēptātes eū:
vt possent accusare eū. Jesus autē
iclinās se deorsū: digito scribebat
in terra. Cū autē pseuerarēt inter-
rogātes eum: erexit se/et dixit eis.
Qui sine pctō est vestrū: pm⁹ in il-
lā lapidē mittat. Et iterū se incli-
nans/scribebat in terra. Audiētes
autē hec: vnus post vnū exibāt/in
cipiētes a senioribus. Et remansit
solus iesus: & mulier in medio stās
Erigēs autē se iesus: dixit ei. Mu-
lier: vbi sūt q te accusabāt? Nemo
te cōdemnauit? Que dixit. Nemo
dñe. Dixit autē ei iesus. Nec ego
te cōdēnabo. Uade: & iā āplius no
li peccare. Offr. Gressus meos dirige
dñe secundū eloquiū tuū: vt non dominet
mei oīs iniusticia dñe. V. Declaratio ser-
monum tuorum illuminat me: et intelle-
ctum dat paruulis. Secreta.
EFficiat hec hostia qs dñe so-
lēnibus grata ieiunijs: et vt
tibi fiat acceptior: purificatis mē-
tibus immolet. Per. Cōio. Nemo
te cōdemnauit mulier? nemo domine: nec
ego te cōdēnabo: iā amplius noli peccare.
QUesumus oṗs Postcōio
deus: vt inter ei⁹ mēbra nu
meremur: cui⁹ corpori cōmunica-
uimus et sāguini: iesu xpi filij tui/
dñi nostri. Qui tecū viuit. Super
populū. Hūiliate capita vrā. Orō
PRetende dñe fidelibus tuis
dexterā celestis auxilij: vt te
toto corde perquirāt: et que digne

postulāt cōsequi mereantur. Per.

Dñica media q̄drage. Officiū

Letare hierusalē: et cō uentū facite oēs q̄ diligitis dñm. gaudete cū leticia q̄ in tristicia fuistis: vt exultetis et satiemini ab vberibus cōsolatiōis vestre. Ps. Letat⁹ sū in his que dicta sūt michi: in domū dñi ibimus. Oratio.

Concede q̄s oīs deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie cōsolatiōe respiremus. Per. Ad galathas. iiij.

Fratres. Scriptū est: quoniā abrahā duos filios habuit: vnū de ancilla/ et vnū de libera. Sed q̄ de ancilla: secūdū carnē nat⁹ est. Qui autē de libera: per repromissionē/ que sunt per allegoriam dicta. Hec eni sunt duo testamēta. Unū quidē in mōte syna/ in seruitutē generās: q̄ est agar. Syna eni mōs est in arabia: qui coniunctus est ei/ que nunc est hierusalē: et seruit cū filijs suis. Illa autē que sursū est hierłm/ libera est: que est mater nostra. Scriptū est eni. Letare sterilis que nō paris: erūpe et clama/ que nō parturis: q̄a multi filij deserte/ magis q̄ ei⁹ q̄ habet virū. Nos autē fratres: secūdū isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is q̄ secundū carnē nat⁹ fuerat: psequebat eū/ q̄ secundū spiritū: ita et nūc. Sed q̄d dicit scriptura? Eijce ancillā: et filiū eius. Nō eni heres erit fili⁹ ācille: cū filio libere. Itaq; fratres: nō sumus ancille filij/ sed libere. Qua libertate: christ⁹ nos liberauit. Gr. Letat⁹ sum in his que dicta sunt michi: in domū dñi ibimus. V. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Tractus.

Qui cōfidūt in dño sicut mōs syō: nō cōmouebit in eternū qui habitat in hierusalē. V. Mōtes in circuitu ei⁹: et dñs in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsq; in seculū. Scdm Johānē vj.

In illo tpe. Abiit iesus trās mare galilee/ q̄d est tyberiadis: et sequebat eū multitudo magna: q̄a videbant signa q̄ faciebat sup his/ qui ifirmabāt. Subiit ergo in montē iesus: et ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autē p̄ximū pasca: dies fest⁹ iudeorū. Cū subleuasset ergo oculos iesus: et vidisset quia multitudo maxima venit ad eū: dixit ad philippum. Unde emem⁹ panes/ vt mādücēt hi? Hoc autē dicebat tēptās eū. Ipse eni sciebat/ q̄d esset factur⁹. Rñdit ei philippus. Ducentorū denariorū panes nō sufficiūt eis/ vt vnusquisq; modicū q̄d accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius/ andreas frater simonis petri. Est puer vnus hic: q̄ habet q̄nq; panes ordeaceos/ et duos pisces. Sed hec q̄d sunt inter tātos? Dicit ergo iesus. Facite hoīes discūbere. Erat autē fenū multū in loco. Discubuerūt ergo viri: numero quasi q̄nq; milia. Accepit ergo iesus panes: et cū grās egisset/ distribuit discūbētib⁹. Similiter et ex piscib⁹/ quātū volebāt. Ut autē ipleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmēta/ ne pereāt. Collegerūt ergo: et ipleuerunt duodecim cophinos fragmētorū/ ex quinq; panib⁹ or-

deaceis/que supfuerũt his qui mã ducauerant. Illi ergo hoies cũ vidissent qđ iesus fecerat signũ: dicebãt. Quia hic est vere ppheta: qui venturus est in mũdũ. Offer. Laudate dñm/q̃a benignus est: psallite noi eius/ quoniam suauis est: oĩa quecũq̧ voluit fecit/in celo et in terra. Secreta.

Annue nobis q̃s dñe: vt et diuinis semp solennitatib⁹ occupemur: ⁊ mysterijs sacris/mẽte pariter cõgruamur et corpore. Per. Prefa. quotid. Cõio. Hierusalẽ que edificat vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsũ: illuc eñi ascenderũt tribus tribus dñi: ad cõfitendũ noi tuo dñe.

Da nobis q̃s Postcõio. misericors de⁹: vt sãcta tua q̃bus incessãter explemur: sinceris tractemus obsequijs: et fideli semper mente sumamus. Per dñm.

Feria secunda. Officium

Deus in noie tuo saluũ me fac/ et in vtute tua iudica me: de⁹ exaudi orationẽ meam. Ps. Quoniã alieni insurrexerũt aduersũ me: ⁊ fortes q̃sierũt aĩaȝ meã Flectamus genua Leuate. Oro.

Presta q̃s oipotens deus: vt obseruatiões sacras annua deuotione recolẽtes: et corpore tibi placeamus et mente. Per dñm

Lectio libri regum. iij. iij.

In dieb⁹ illis. Venerũt due mulieres meretrices ad regẽ salomonem: steteruntq̧ coram eo Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe: ego et mulier hec / habitabam⁹ in domo vna: ⁊ peperi apud eã/in cubiculo. Tertia vero die postq̃ ego peperi: peperit ⁊ hec. Et eramus simul: nullusq̧ alius i domo nobiscũ/exceptis nobis duab⁹. Mortu⁹ est autẽ filius mulieris hui⁹ nocte: dormiens quippe oppressit eũ. Et cõsurgẽs in tẽpeste noctis silẽtio: tulit filiũ meũ de latere meo ãcille tue dormiẽtis: ⁊ collocauit in sinu suo: suũ autẽ filiũ / qui erat mortuus: posuit i sinu meo. Cũq̧ surrexissẽ mane/vt darẽ lac filio meo: apparuit mortuus. Quẽ diligẽti⁹ intuẽs clara luce: deprehẽdi nõ esse meũ/ quẽ genuerã. Respõditq̧ altera mulier. Non est ita vt dicis: sed filius tu⁹ mortu⁹ est: meus autem viuit. Ecõtrario illa dicebat. Mẽtiris. Fili⁹ meus quippe viuit: et fili⁹ tuus mortu⁹ est. Atq̧ in hũc modũ/cõtendebãt corã rege. Tũc rex ait. Hec dicit. Fili⁹ meus viuit/ et filius tuus mortuus est: ⁊ ista respondit/nõ: sed fili⁹ tuus mortuus est/me⁹ autẽ viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladiũ. Cũq̧ attulissent gladiũ corã rege: ait. Diuidite infantẽ viuũ/in duas partes: et date dimidiã partẽ vni: et dimidiã partẽ alteri Dixit autẽ mulier cuius filius erat viuus/ad regem. Cõmota sũt quippe viscera eius/ sup filio suo. Obsecro dñe: date illi infantẽ viuũ: ⁊ nolite interficere eum. Ecõtrario illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: sed diuidat. Respõdit rex: et ait. Date huic infantem viuum: ⁊ non occidat. Hec est eñi mater eius. Audiuit itaq̧ oĩs israel iudiciũ qđ iudicasset rex: et timuerũt regẽ. Videtes sapientiã dei esse i eo: ad faciẽdũ iudiciũ. Gr̃

Esto michi in deū protectorē: et in locū refugij/vt saluū me facias. V. De⁹ in te speraui dn̄e nō ɔfūdar in eternū. Tractus

Domine nō secūdū peccata nostra que fecimus nos: neq3 secūdū iniquitates nostras retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquarū: cito anticipēt nos mīe tue: q̄a pauperes facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dr̄ V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā noīs tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris/propter nomen tuum.

Secundū Johannē. ij.

In illo tpe. Prope erat pasca iudeorū: ⁊ ascendit iesus hierosolymā. Et inuenit in tēplo vendētes oues ⁊ boues ⁊ colūbas: et nummularios sedētes. Et cum fecisset quasi flagellū de funiculis: oēs eiecit de tēplo. Oues quoq3 et boues/et nūmulariorū effudit es: et mēsas subuertit. Et his qui colūbas vēdebāt/dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domū patris mei/domū negotiationis. Recordati vero sūt discipuli eius q̄a scriptū est. zelus domus tue/ comedit me. Respōderūt ergo iudei: ⁊ dixerūt ei. Qd̄ signū ostēdis nobis: q̄a hec facis? Respondit iesus: et dixit eis. Soluite tēplū hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatū est tēplū hoc: et tu in trib⁹ dieb⁹ excitabis illud? Ille autē dicebat de templo corporis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis: recordati sūt discipuli eius q̄a hoc dicebat: ⁊ crediderunt scripture/et sermoni quē dixit iesus. Cū autē esset hierosolymis in pasca / in die festo: multi crediderūt in noīe ei⁹: vidētes signa ei⁹ que faciebat. Ipse autē iesus nō credebat semetipsum eis: eo qd̄ ipse nosset oēs: ⁊ q̄a opus ei nō erat vt q̄s testimonium phiberet de hoīe. Ipse eni sciebat: qd̄ esset in hoīe. Offr. Jubilate deo oīs terra iubilate deo oīs terra: seruite domino in leticia. intrate in cōspectu eius in exultatiōe quia dn̄s ipse est deus. V. Ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos: nos autē populus eius et oues pascue eius. Secreta.

Tuis dn̄e q̄s operare misterijs: vt hec tibi munera dignis mentibus offeramus. Per. Cōio. Ab occultis meis munda me dn̄e: et ab alienis parce seruo tuo. Postcōio.

Quos diuinis dn̄e reficis sacramentis/ tuis quesumus sustenta presidijs: et quos beneficijs tēporalibus refoues: pasce perpetuis. Per. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deprecationē nostrā q̄s domine benignus exaudi: et quib⁹ supplicādi prestas affectū: tribue defensionis auxilium. Per

Feria tertia. Officium.

Exaudi deus orationē meā: et ne despexeris deprecationē meā/intende in me et exaudi me. ps. Cōtristat⁹ sū in exercitatiōe mea: ⁊ cōturbatus sum a voce inimici Flectam⁹ genua leuate. Orō

Sacre nobis q̄s dn̄e obseruationis ieiunia: et pie cōuersationis augmentū: et tue propiciatiōis cōtinuū prestēt auxilium. Per. Lectio libri Exodi. xxxij.

IN diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicens. Descẽde de mõte / q̃a peccauit popul⁹ tuus quẽ eduxisti de terra egypti. Recesserũt cito de via/quã ostẽdisti eis. Feceruñtq; sibi vitulũ ꝯflatilem et adorauerũt:atq; imolantes ei hostias dixerũt. Isti sunt dij tui israel: qui te eduxerũt de terra egypti. Rursumq; ait dñs ad moysen Cerno quod populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascaꝛ furor meus contra eos ⁊ deleam eos: faciãq; te in gentẽ magnã. Moyses autẽ orabat dñm deũ suũ dicẽs Cur dñe irasciꝛ furor tuus contra populũ tuũ: quẽ eduxisti de terra egypti/in fortitudine magna:⁊ in manu robusta? Ne queso dicant egyptij/callide duxit eos vt interficeret in montibus: et deleret eos de terra. Quiescat ira tua: et esto placabilis/super nequitia populi tui. Recordare abraham/isaac/⁊ israel seruorꝫ tuorꝫ:q̃bus iurasti per temetipsũ dicẽs. Multiplicabo semen vestrũ sicut stellas celi:et vniuersã terrã hãc de qua locutus sũ/ dabo semini vestro: ⁊ possidebitis eam semper. Placatusq; est dñs ne faceret malũ/quod locutus fuerat aduersus populũ suũ. Et misert⁹ est populo suo: dñs deus noster.

Gr. Exurge dñe fer opẽ nobis: et libera nos ꝓpter nomẽ tuum. V. Deus auribus nostris audiuimus:patres nostri annũciauerunt nobis: opus quod operatus es in diebus eorum:et in diebus antiquis.

Secundũ Johannẽ. vij.

IN illo tpe. Iã die festo mediante:ascendit iesus in templum/et docebat. Et mirabantur iudei dicẽtes. Quomodo hic litteras scit:cum nõ didicerit? Respondit eis iesus:⁊ dixit. Mea doctrina non est mea:sed eius qui misit me Si q̃s voluerit volũtatẽ eius facere: cognoscet de doctrina vtrũ ex deo sit/an ego a meipso loq̃r. Qui a semetipso loquiꝛ: gloriã ꝓpriã querit. Qui autẽ q̃rit gloriã eius qui misit illũ:hic verax est:⁊ iniusticia in illo nõ est. Nõne moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legẽ? Quid me q̃ritis interficere? Respondit ei turba: et dixit. Demoniũ habes. Quis te q̃rit interficere? Respondit iesus: et dixit eis. Unũ opus feci: et oẽs miramini. Propterea moyses dedit vobis circũcisionẽ: non q̃a ex moyse est / sed ex patribus: et in sabbato circũciditis hoiem. Si circũcisionẽ accipit homo in sabbato/vt nõ soluaꝛ lex moysi: michi indignamini/q̃a totũ hoiẽ sanũ feci i sabbato? Nolite iudicare secundũ faciẽ:sed iustũ iudiciũ iudicate. Dicebãt autẽ quidã ex hierosolymis Nõne hic est/quẽ querũt interficere? Ecce palam loquitur: et nichil ei dicũt. Nunq̃d vere cognouerũt principes:q̃a hic est christus? Sed hũc scim⁹ vnde sit. Christus autẽ cũ venerit:nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docẽs in tẽplo iesus/⁊ dicẽs. Et me scitis:et vnde sim scitis:et a meipso non veni:sed est verus qui misit me/quẽ vos nescitis Ego autem scio eum. Et si dixero/quia nescio eũ: ero similis vobis mendax. Sed scio eum: quia

ab ipso sum: et ipse me misit. Querebãt ergo eũ apprehendere: et nemo misit in illũ manus: quia nondũ venerat hora eius. De turba autẽ: multi crediderunt in eum. Offer. Expectans expectaui dñm / et respexit me: et exaudiuit deprecationẽ meã. et immisit in os meũ cãticũ nouũ: hymnũ deo nostro. V. Statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos. Secreta.

Fidelium tuorũ dñe q̃s hostias propicius intuere: vt quod oblatũ est per obsequiũ: et deuotorũ vota famulorũ: tua potius propiciatione firmet. Per. Cõio. Letabimur in salutari tuo: et in nomine dñi dei nostri magnificabimur. Postcõio.

Prosit nobis q̃s dñe sacer cibus / potusq; salutaris: qui et temporalẽ vitã muniat / et prestet eternã. Per. Super populũ. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Miserere q̃s dñe populo tuo: et cõtinuis tribulationibus laborantẽ / propicius respirare cõcede. Per. ¶ Feria iiij. Officiũ.

Dum sãctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris. et effũdã sup vos aquã mũdã: et mundabimini ab oĩbus iquinamẽtis vestris: et dabo vobis spiritum nouum. Ps. Benedicã dñm in oĩ tempore: semper laus eius in ore meo. Sequitur oro sine Dñs vobiscũ: sed tantũ cum Oremus / et Flectamus genua. Oro

Deus qui et iustis p̃mia meritorũ / et peccatoribus per ieiuniũ veniã prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio: indulgentiã valeat percipere delictorũ. Per dominũ nostrũ. Lectio Ezechielis prophete. xxxvj.

Hec dicit dñs deus. Sãctificabo nomẽ meũ magnũ: vt sciãt gẽtes quia ego dñs: cũ sanctificatus fuero in vobis / corã eis. Tollã quippe vos de gẽtibus / et cõgregabo vos de vniuersis terris: et adducã vos in terrã vestrã. Et effundam super vos aquam mũdam: et mundabimini ab oĩbus inquinamentis vestris: et ab vniuersis idolis vestris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouũ: et spiritũ nouum ponã in medio vestri. Et auferam cor lapideũ de carne vestra: et dabo vobis cor carneũ: et spiritũ meum ponã in medio vestri. Et faciã vt in p̃ceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis / et operemini Et habitabitis in terra quã dedi patribus vestris: et eritis michi in populũ / et ego ero vobis in deũ: dicit dñs oĩpotẽs. Gr. Venite filii audite me: timorem dñi docebo vos. V. Accedite ad eũ et illuminamini: et facies vestre nõ cõfũdent. Non repetat gr. sed sequat Dñs vobiscũ / et Flectamus

Presta q̃s oĩps deus: Oro. vt quos ieiunia votiua castigãt: ipsa quoq; deuotio sãcta letificet. vt terrenis affectibus mitigatis: facilius celestia capiamus. Per dñm. Hic dicunt memorie cõsuete. Lectio Isaie prophete. primo

Hec dicit dñs deus. Lauamini / mũdi estote: auferte malũ cogitationũ vestrarũ / ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudiciũ:

subuenite oppresso/iudicate pupillo/defendite viduã: et venite et arguite me dicit dñs. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ: quasi nix dealbabũt. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erũt Si volueritis/ et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs ops

Gr. Beata gens cuius est dñs deus eorũ populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. V. Uerbo dñi celi firmati sunt: et spritu oris eius oĩs virtus eorũ. Tractus.

De necessitatib⁹ meis eripe me domine. vide humilitatẽ meam et laborẽ meum: et dimitte oĩa peccata mea. V. Ad te leuaui aĩam meã: de⁹ meus in te cõfido nõ erubescã: neq irrideãt me inimici mei. V. Etenim vniuersi qui te expectant nõ cõfũdenť: cõfũdanť oẽs faciẽtes vana.

¶ Secundũ Johannẽ. ix.

In illo tpe. Preteriens iesus vidit hoĩem cecum a natiuitate. Et iterrogauerũt eũ discipuli sui. Rabbi quis peccauit: hic aut parẽtes eius vt cecus nascereť? Respondit iesus. Neq hic peccauit: neq parẽtes eius: sed vt manifestẽtur opera dei in illo. Me oportet operari opera ei⁹ qui misit me/ donec dies est. Uenit nox: quãdo nemo potest operari. Quãdiu ĩ mũdo sũ: lux sũ mũdi Hoc cũ dixisset: expuit in terrã et fecit lutũ ex sputo: et liniuit lutũ sup oculos eius/ et dixit ei. Uade et laua ĩ natatoria syloe: qđ iterpretať missus. Abijt ergo et lauit: et venit vidẽs. Itaq vicini et qui viderãt eũ prius/ qa mẽdicus erat: dicebãt. Nonne hic est qui sedebat/ et mẽdicabat? Alij dicebãt/ qa hic est: alij autẽ/ nequaq̃: sed similis est ei⁹. Ille vero dicebat/ qa ego sum. Dicebãt ergo ei. Quomodo aperti sunt oculi tui? Respõdit ille hõ qui diciť iesus: lutũ fecit et vnxit oculos meos: et dixit mihi. Uade ad natatoriã syloe et laua. Et abij: et laui/ et video. Dixerũt ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eũ ad phariseos: qui cecus fuerat. Erat autẽ sabbatũ quãdo lutũ fecit iesus: et aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabãt eũ pharisei: quomodo vidisset. Ille autẽ dixit eis. Lutum posuit michi super oculos: et laui et video. Dicebant ergo ex phariseis quidã Nõ est hic homo a deo: qui sabbatũ non custodit. Alij autẽ dicebãt Quomodo potest homo peccator hec signa facere. Et scisma erat inter eos. Dicũt ergo ceco iterũ. Tu qđ dicis de eo: qui aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit/ qa ppheta est Nõ crediderũt ergo iudei de eo qa cecus fuisset et vidisset: donec vocauerũt parẽtes eius qui viderat: et iterrogauerũt eos dicẽtes. Hic est filius vester: quẽ vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nũc videt? Responderũt eis parentes eius/ et dixerũt. Scimus qa hic est filius noster: et qa cecus nat⁹ est Quomodo autẽ nũc videat/ nescimus: aut quis ei⁹ aperuit oculos/ nos nescimus. Ipsũ interrogate. Etatem habet. Ipse de se loquať. Hec dixerũt parẽtes ei⁹: quoniã timebãt iudeos. Iã eñi conspirauerant iudei: vt si qs eũ cõfitereť esse christũ: extra sinagogã fieret Propterea parẽtes eius dixerũt: qa eta

tem habet: ipsũ iterrogate. Uocauerũt ergo rursũ hoiez qui fuerat cecus: et dixerũt ei. Da gloriã deo Nos scim⁹: q̃a hic hõ peccator est Dixit ergo eis ille Si pcecator est/ nescio: vnũ scio: q̃a cecus cũ essẽ/ modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi: aut quomodo aperuit tibi oculos? Respõdit eis. Dixi vobis iã: et audistis. Quid iterũ vultis audire? Nũquid et vos vultis discipuli ei⁹ fieri? Maledixerũt ergo ei: et dixerũt. Tu discipulus illius sis: nos autẽ moysi discipuli sumus. Nos scim⁹/ q̃a moysi locutus est deus/ hũc autẽ nescimus vnde sit. Respõdit ille hõ: et dixit eis. In hoc enĩ mirabile est/ q̃a vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Scim⁹ autẽ/ q̃a pctõres de⁹ nõ audit. Sed si q̃s dei cultor est/ et volũtatẽ eius facit: hũc exaudit A seculo nõ est auditũ: q̃a aperuit quis oculos ceci nati Nisi esset hic a deo: nõ poterat facere quicq̃. Respõderũt et dixerũt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos. Et eiecerũt eum foras. Audiuit iesus q̃a eiecerũt eũ foras: et cũ iuenisset eũ/ dixit ei. Tu credis in filiũ dei? Respõdit ille/ et dixit. Quis est dñe vt credã in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eũ: et qui loquit̃ tecũ ipse est. At ille ait. Credo dñe. Et procidẽs: adorauit eũ. Offr. Benedicite gentes dñm deũ nostrũ: et obaudite vocem laudis eius. qui posuit animã meã ad vitam: et nõ dedit cõmoueri pedes meos: benedictus dñs qui non amouit deprecationẽ meã/ et miam suam a me. V. Jubilate deo oĩs terra: psalmũ dicite noĩ eius: date gloriam laudi eius. Secreta.

Supplices te rogamus oipotens deus: vt his sacrificijs peccata nostra mũdent̃: q̃a tũc verã nobis tribuis et mẽtis et corporis sanitatẽ. Per dñm. Cõio. Lutũ fecit ex sputo dñs / et liniuit oculos meos: et abij / et laui: et vidi / et credidi deo.

Sacramẽta que Postcõio. sũpsim⁹ dñe deus noster: et spiritualibus nos reple alimẽtis: et corporalibus tueantur auxilijs. Per dñm nostrũ. Super populũ Humiliate capita vestra deo. Orõ

Pateãt aures miẽ tue domine precib⁹ supplicãtiũ: et vt petentibus desiderata cõcedas: fac eos que tibi placita sũt/ postulare. Per. ¶ Feria quinta. Officiũ.

Letetur cor q̃rentium dñm: q̃rite dñm et cõfirmamini/ q̃rite faciẽ eius semp. ps. Cõfitemini dño et iuocate nomen ei⁹: annũciate inter gẽtes opera eius. Flectamus genua leuate. Orõ.

Presta q̃s ops deus: vt quos ieiunia votiua castigãt/ ipsa quoq̃ deuotio sãcta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis: facilius celestia capiamus. Per dñm. Lectio libri Regum. iiij. iiij.

In dieb⁹ illis. Uenit mulier sunamitis ad heliseũ pphetã/ in montẽ carmeli. Cũq̃ vidisset eã vir dei de contra: ait ad giezi puerũ suum. Ecce sunamitis illa. Uade ergo in occursũ eius: et dic ei Recte ne agit̃ circa te: et circa virũ tuũ et circa filiũ tuũ? Que respõdit Recte. Cũq̃ venisset ad virum dei

in montē: apprehendit pedes eius Et accessit giezi/ vt amoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte eā: aīa eni eius in amaritudine est: et dominus celauit a me/ et non indicauit michi. Que dixit illi. Nūquid petiui filiū a dño meo? Nūqd nō dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: et tolle baculū meū in manu tua/ et vade. Si occurrerit tibi hō: nō salutes eū. Et si salutauerit te qspiā: nō respōdeas illi: et ponas baculū meū super faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs: et viuit aīa tua: non dimittā te. Surrexit ergo/ et secut⁹ est eā. Giezi autē pre cesserat ante eos: et posuerat baculū super faciē pueri: ⁊ non erat vox neqꝫ sensus. Reuersusqꝫ est giezi in occursū eius: et nūciauit ei dicens Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domum: ⁊ ecce puer mortuus iacebat in lectulo ei⁹. Ingressusqꝫ clausit ostiū sup se/ et sup puerū: ⁊ orauit ad dñz. Et ascēdit et incubuit sup puerū: posuitqꝫ os suū/ sup os eius: ⁊ oculos suos/ sup oculos ei⁹: et man⁹ suas/ sup man⁹ eius: et incuruauit se sup eū: et calefacta est caro pueri. At ille reuer sus deambulabat in domo/ semel huc atqꝫ illuc. Et ascēdit et incubu it sup puerū: ⁊ oscitauit puer septies/ aperuitqꝫ oculos suos At ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca sunamitē hāc. Que vocata: ingressa est ad eū. Cui ait. Tolle filiū tuum. Venit illa: ⁊ corruit ad pedes eius/ et adorauit sup terrā. Tulitqꝫ filium suū: et egressa est. Heliseus vero: reuersus est in galgala. Gr. Respice dñe in testamentū tuū: et aīas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finē. V. Exurge dñe et iudica causā tuā: memor esto obprobrij seruorum tuorum.

Secundū Johannē v.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeor. Pater meus vsqꝫ modo operat: et ego operor. Propterea ergo magis querebāt eū iudei interficere: qa nō solū soluebat sabbatum: sed ⁊ patrē suū dicebat deū/ equalem se faciens deo. Respondit itaqꝫ iesus/ ⁊ dixit eis. Amē amen dico vobis: nō potest filius a se facere qcqꝫ: nisi qd viderit patrē faciētē. Quecūqꝫ eni ille fecerit hec ⁊ fili⁹ similiter facit. Pater eni diligit filiū ⁊ oīa demōstrat ei que ipse facit: ⁊ maiora his demōstrabit ei opa: vt ⁊ vos miremi. Sicut eni pater suscitat mortuos et viuificat: sic et fili⁹ quos vult viuificat Neqꝫ eni pater iudicat queqꝫ: sed oē iudiciū dedit filio: vt oēs honorificēt filiū/ sicut honorificant patrē. Qui nō honorificat filiū: non honorificat patrē/ qui misit illum Amē amē dico vobis: qa qui vbū meū audit/ et credit ei q misit me: habet vitā eternā. Et in iudicium nō veniet: sed trāsiet a morte in vitam. Amē amē dico vobis: qa venit hora et nūc est: quādo mortui audiēt vocē filij dei: ⁊ q audierint/ viuēt. Sicut eni pater habet vitā in semetipso: sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: qa filius hominis est. Nolite mirari hoc: qa venit hora/ in qua oēs qui in mō-

numētis sūt: audient vocē filij dei Et pcedent qui bona fecerūt/in resurrectionem vite. Qui vero mala egerūt: in resurrectionem iudicij. Offer. Dñe ad adiuuādū me festina: cōfundant oēs aduersū me / q̄ cogitāt mihi mala. ℣. Expectās expectaui dñm: et respexit me de lacu miserie / et de luto fecis. Secre.

PUrifica nos misericors de⁹: vt ecclesie tue pces que tibi grate sunt / pia munera deferētes: fiāt expiatis mentibus gratiores. Per dominū. Cōio. Dñe / memorabor iustitie tue solius: de⁹ docuisti me a iuuentute mea: et vsq̄ in senectam et seniū / deus ne derelinquas me. Postcōio.

CElestia dona capientib⁹ q̄s dñe / non ad iudiciū puenire patiaris: que tuis fidelibus / ad remediū puidisti. Per. Sup populū Humiliate capita vestra deo. Oro

POpuli tui deus institutor et retor / peccata quibus impugnatur expelle: vt semp tibi placitus / et tuo munimine sit securus. Per. ¶ Feria vi. Officiū.

MEditatio cordis mei i cōspectu tuo semper: dñe adiutor meus / et redemptor meus. ps Celi enarrant gloriā dei: et opera manuū ei⁹ annūciat firmamentum Flectamus genua Leuate. Oro.

DEus qui ineffabilib⁹ mundum renouas sacramētis: presta q̄s: vt ecclesia tua eternis pficiat institutis: et temporalib⁹ nō destituat auxilijs. Per dominum Lectio libri Regum. iij. xvij.

IN diebus illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: et erat lāguor fortissimus: ita vt nō remaneret in eo alit⁹. Dixit ergo ad heliā. Quid michi et tibi vir dei? Ingressus es ad me: vt rememorarentur iniquitates mee: et iterficeres filiū meū? Et ait ad eā helias. Da mihi filiū tuū. Tulitq̄ eū de sinu illius: et portauit eū in cenaculū vbi ipse manebat: et posuit eū super lectū suū / et clamauit ad dñm et dixit. Dñe deus meus: etiā ne viduā apud quam ego vtcūq̄ sustētor afflixisti / vt interficeres filiū ei⁹? Et expādit se atq̄ mēsus est sup puerū trib⁹ vicibus: clamauitq̄ ad dñm / et ait. Dñe deus meus: reuertat oro aīa pueri hui⁹ in viscera ei⁹. Exaudiuit autē dñs vocem helie: et reuersa est aīa pueri infra eum / et reuixit. Tulitq̄ helias puerū: et deposuit eū de cenaculo / in inferiorē domum: et tradidit illū matri sue / et ait illi. En / viuit filius tuus. Dixitq̄ mulier ad heliā. Nūc i isto cognoui / quoniā vir dei es tu: et verbū dñi i ore tuo verū est. Gr. Bonū est confidere in domino / q̄ cōfidere in hoīe. ℣. Bonū est sperare in domino: q̄ sperare in principibus.

DOmine nō secundū Tractus. pctā nostra que fecim⁹ nos: neq̄ secundū iniq̄tates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos mīe tue: q̄a pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dr̄ ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriā noīs tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris / propter nomen tuum.

I ¶ Secundū Johānē. xi. N illo tpe. Erat quidā lan=

guens a bethania: de castello marie et marthe sororum eius. Maria autē erat que unxit dñm unguento: et extersit pedes eius capillis suis: cui⁹ frater lazarus infirmabat. Miserūt ergo sorores ei⁹ ad eū: dicentes. Dñe: ecce quē amas/infirmat. Audiens autē iesus: dixit eis Infirmitas hec/non est ad mortē: sed pro gloria dei: ut glorificet filius dei per eā. Diligebat autē iesus marthā et sororē eius mariā: et lazarū. Ut ergo audiuit q̄a infirmabat: tūc quidē mā̄sit in eodē loco duobus dieb⁹. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eam⁹ in iudeā iterū. Dicūt ei discipuli. Rabbi: nunc querebant te iudei lapidare: et iterū vadis illuc? Respōdit iesus Nōne duodeci sunt hore diei? Si q̄s ābulauerit i die/nō offēdit: q̄a lucē hui⁹ mūdi videt. Si autē ambulauerit in nocte/offēdit: q̄a lux nō est in eo. Hec ait: et post hec dicit eis. Lazarus amic⁹ noster dormit: sed vado ut a sōno excitē eū. Dixerūt ergo discipuli eius. Dñe: si dormit/salu⁹ erit. Dixerat autē iesus de morte eius: illi autē putauerūt/ q̄a de dormitiōe sōni diceret. Tūc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos ut credatis: quoniam nō erā ibi: sed eam⁹ ad eū. Dixit ergo thomas q̄ dicit didimus/ad cōdiscipulos. Eamus et nos: et moriamur cū eo. Uenit itaq̧ iesus: et inuenit eū quattuor dies iā in monumento habentē. Erat autē bethania iuxta hierosolimā/quasi stadijs q̄ndeci Multi autē ex iudeis: venerāt ad marthā et mariā: ut consolarētur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quia iesus venit: occurrit illi. Maria autē domi sedebat. Dicit ergo martha ad iesum. Dñe: si fuisses hic/frater meus nō fuisset mortuus. Sed et nūc scio: quia quecūq̧ poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tu⁹. Dicit ei martha. Scio: q̄a resurget in resurrectiōe i nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit: viuet. Et oīs qui viuit et credit i me: nō moriet in eternū. Credis hoc? Ait illi. Utiq̧ dñe Ego credidi: q̄a tu es christus fili⁹ dei viui: q̄ in hūc mundū venisti. Et cū hec dixisset: abijt et vocauit mariā sororē suā silētio/dicēs. Magister adest/et vocat te. Illa ut audiuit: surrexit cito/et venit ad eū. Nondū eni venerat iesus in castellū: sed erat adhuc in illo loco/ ubi occurrerat ei martha. Judei ergo qui erant cū ea in domo et consolabātur eā: cum vidissent mariā q̄a cito surrexit et exijt: secuti sunt eā dicētes: quia vadit ad monumentū ut ploret ibi. Maria ergo cum venisset ubi erat iesus: vidēs eum/cecidit ad pedes eius: et dixit ei. Domine: si fuisses hic: nō esset mortuus frater meus. Jesus ergo ut vidit eā plorantē: et iudeos qui venerant cū ea plorantes: infremuit spiritu/et turbauit semetipsū: et dixit. Ubi posuistis eū? Dicūt ei. Dñe: veni et vide. Et lacrimatus est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat

eũ. Quidã autẽ ex ipsis dixerunt.
Non poterat hic ꝗ apuit oculos ce
ci nati: facere vt et hic nõ moreret.
Jesus ergo rursũ fremẽs in semet-
ipso: venit ad monumentũ. Erat
autẽ spelũca: ⁊ lapis superpositus
erat ei. Ait iesus. Tollite lapidem
Dicit ei martha/ soror ei⁹ qui mor
tuus fuerat. Dñe: iã fetet/ ꝗ̃ tridua
nus eni est. Dicit ei iesus. Nonne
dixi tibi: quoniã si credideris vide
bis gloriã dei. Tulerũt ergo lapi-
dẽ. Jesus autẽ eleuatis sursũ ocu-
lis in celũ/ dixit. Pater/ grãs ago ti
bi: quoniã audisti me. Ego autẽ
sciebã/ ꝗa sẽp me audis: sed ꝓpter
populum qui circũstat dixi/ vt cre
dãt: ꝗa tu me misisti. Hec cũ dixis-
set: voce magna clamauit. Laza-
re: veni foras. Et statim ꝓdijt qui
fuerat mortuus: ligatus pedes et
manus institis: et facies illius su-
dario erat ligata. Dicit eis iesus.
Soluite eũ: et sinite abire. Multi
ergo ex iudeis/ qui venerãt ad ma
riã et marthã/ et viderãt que fecit
iesus: crediderunt in eũ. Offer. Po
pulũ humilẽ saluũ facies dñe: et oculos su
perborũ humiliabis: quoniã ꝗs de⁹ preter
te dñe. ℣. Clamor meus in cõspectu eius:
introiuit in aures eius. Secreta.

Munera nos domine ꝗ̃s ob-
lata purificẽt: ⁊ te nobis fa-
ciãt iugiter esse placatũ. Per dñm
Cõio. Uidens dñs flentes sorores lazari
ad monumẽtũ: lacrimatus est corã iudeis:
et clamabat: lazare veni foras: ⁊ ꝓdijt liga
tus manibus et pedibus / qui fuerat qua-
triduanus mortuus. Postcõio.

Hec nos ꝗ̃sumus dñe partici
patio sacramẽti: ⁊ a ꝓprijs
reatibus indesinenter expediat: et
ab oĩbus tueatur aduersis. Per do
minũ. Sup populum. Humilia-
te capita vestra deo. Oratio.

Da ꝗ̃s oĩps deus: vt qui infir
mitatis nostre cõscij/ de tua
pietate confidimus: sub tua ꝓte
ctione semꝑ gaudeamus. Per.

¶ Sabbato. Officium.

Sitiẽtes venite ad aq̃s
dicit dñs: ⁊ qui nõ ha
betis preciũ: venite ⁊
bibite cũ leticia. Ps.
Attendite popule me⁹ legẽ
meam: inclinate aurẽ vestrã/ in verba oris
mei. Flectamus genua leuate Orõ

Fiat ꝗ̃s dñe per gratiã tuã
fructuosus nostre deuotio-
nis affectus: ꝗa tũc nobis ꝓderunt
suscepta ieiunia/ si tue sint placita
pietati. Per dñm nostrum iesum.

Lectio Isaie prophete. xlix.

Hec dicit dñs deus. In tẽpo-
re placito exaudiui te: et in
die salutis/ auxiliat⁹ sũ tui. Et ser-
uaui te / et dedi te in fedus populi:
vt suscitares terram: et possideres
hereditates dissipatas: vt diceres
his qui vincti sunt/ exite: ⁊ his qui
in tenebris/ reuelamini. Sup vias
pascẽtur: ⁊ in oĩbus planis pascue
eorũ. Nõ esuriẽt neq̃ sitiẽt: et non
percutiet eos estus ⁊ sol: quia mise
rator eorũ reget eos: ⁊ ad fõtes aq̃-
rum potabit eos. Et ponã oẽs mõ
tes meos in viam: et semite mee ex
altabunt. Ecce isti de lõge veniẽt:
et ecce illi ab aquilone et mari: et
isti de terra australi. Laudate celi
et exultet terra/ iubilate mõtes lau
dem: ꝗa cõsolatus est dñs populũ

suū: et pauperū suoꝝ miserebit. Et dixit sp̄o. Dereliquit me dn̄s: et dn̄s oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantē suū: vt nō misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamē nō obliuiscar tui: dicit dn̄s oīpotēs. Gr. Tibi dn̄e derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutoꝝ. V. Ut quid dn̄e recessisti longe: despicis in oportunitatibus in tribulatione. dū superbit impius/incēdit pauper

Secundū Johannē. viij.

In illo tp̄e. Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Ego sū lux mūdi. Qui sequit me/nō ābulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniū p̄hibes: testimoniū tuū nō est verū. Respōdit iesus: et dixit eis. Et si ego testimoniū perhibeo de meipso: verū est testimoniū meū: q̄a scio vnde veni/et quo vado. Uos aūt nescit/ vnde venio/ aut quo vado. Uos secundū carnē iudicatis: ego nō iudico quēq̄. Et si iudico ego/iudiciū meū veꝝ est: q̄a solus non sū: sed ego/et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptū est: q̄a duoꝝ hoīm testimoniū verū est. Ego sū q̄ testimoniū p̄hibeo de meipso: et testimoniū p̄hibet de me/qui misit me pater. Dicebāt ergo ei. Ubi est pater tuus? Respōdit iesus. Neq̄ me scitis: neq̄ patrē meū. Si me sciretis: forsitan et patrē meū sciretis. Hec v̄ba locut⁹ est iesus in gazophilatio/docēs in tēplo. Et nemo app̄hēdit eū: quia necdū venerat hoꝛa eius. Off. Factus est dn̄s firmamentū meū: et refugiū meū/ꝛ liberatoꝛ meus/sperabo in eum. V. Persequar iimicos meos et cōp̄hēdā illos: et nō ꝯuertar donec deficiāt

Secreta

Oblationibus q̄s dn̄e placare susceptis: ꝛ ad te nostras etiā rebelles cōpelle p̄pitius voluntates. Per dn̄m. Cōio. Dn̄s regit me et nichil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me. Postcōio.

Tua nos q̄s dn̄e que sumpsimus sctā purificēt: ꝛ opationis sue remedio/ te nobis faciant esse placatū. Per. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Orō

Deus qui sperātib⁹ in te misereri poti⁹ eligis q̄ irasci: da nobis digne flere mala que fecimus: vt tue cōsolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominū

Dn̄ica in passiōe dn̄i Officiū.

Iudica me deus et discerne causā meā: de gēte nō sancta ab homine iniquo et doloso eripe me: quia tu es deus meus et fortitudo mea. Ps Emitte lucem tuā et veritatē tuā: ipsa me deduxerūt ꝛ adduxerunt in montē sanctū tuum/et in tabernacula tua. Ab hac die vsq̄ ad pasca non dicit Gloꝛia patri post officium ad missam de tēporali: nisi tantum in die cene quando episcopus celebꝛat. Oratio.

Quesumus op̄s deus: familiā tuam p̄picius respice: vt te largiente regat in coꝛpoꝛe: et te seruāte custodiat in mente. Per

Epistola Ad hebꝛeos. ix.

Fratres. Christus assistens pontifex futuroꝝ bonoꝝ/ p̄amplius et p̄fectius tabernaculū

nō manufactū: id est nō hui⁹ creationis: neq̧ per sanguinē hircorū aut vitulor̄: sed per ꝓpriū sanguinem introiuit semel in sancta eterna redēptione inuenta. Si enī sanguis hircorū aut taurorū/ et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat/ad emundationē carnis: quāto magis sāguis christi/ q̄ per spiritū sanctū semetipsū obtulit imaculatū deo: emūdabit cōsciētiā nostrā ab operibus mortuis/ad seruiendū deo viuēti Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedente in redēptionē earū preuaricationū que erāt sub priori testamēto/repromissionē accipiāt q̄ vocati sunt eterne hereditatis: i christo iesu: dño nostro. Gr. Eripe me de inimicis meis: doce me facere voluntatē tuā. ℣. Liberator meus dñe de gētibus iracūdis. ab insurgētibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tractus.

SEpe expugnauerūt me a iuuentute mea. Dicat nunc israel: sepe expugnauerunt me a iuuētute mea. Etenī nō potuerūt michi: supra dorsū meū fabricauerunt peccatores. Prolongauerūt iniquitatem sibi: dñs iustus cōcidet ceruices pctōr. ¶ Secundū Johānē. viii.

IN illo tēpore Dicebat iesus turbis iudeor̄: et pncipibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de pctō? Si veritatē dico: quare nō creditis mihi? Qui ex deo est verba dei audit. Propterea vos nō auditis: q̄a ex deo nō estis. Respōderūt igit iudei: et dixerunt ei. Nōne bene dicimus nos: q̄a samaritanus es tu: et demoniū habes? Respōdit iesus. Ego demoniū nō habeo: sed honorifico patrē meū/ et vos inhonorastis me. Ego aūt nō q̄ro gloriā meā: est q̄ q̄rat et iudicet. Amē amē dico vobis: si q̄s sermonē meū seruauerit: mortē non videbit i eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouim⁹ q̄a demoniū habes. Abrahā mortu⁹ est/ et pphete: et tu dicis/si q̄s sermonē meum seruauerit: mortē non gustabit in eternū. Nunqd tu maior es patre nostro abrahā/qui mortu⁹ est? Et pphete mortui sūt. Quē teipsum facis? Respōdit iesus. Si ego glorifico meipsū: gloria mea nihil est Est pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis/quia deus vester est: et non cognouistis eum. Ego autē noui eum. Et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis/mēdax. Sed scio eum: et sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit/ et gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes: et abrahā vidisti? Dixit eis iesus. Amē amē dico vobis: anteq̄ abraham fieret/ ego sum. Tulerunt ergo lapides: vt iacerent in eum. Jesus autem abscondit se: et exiuit de templo.

Offertoriū. Confitebor tibi domine in toto corde meo: retribue seruo tuo vt viuā/ et custodiam sermōes tuos: viuifica me secundum verbū tuum dñe. Secreta.

HOstias fidelium tuor̄ oīpotens de⁹ ꝓpicius ituere: et cōcede/ne cathena seculi captiuos teneat: quos passiōe filij tui in oīb⁹ liberos esse voluisti. Qui tecum.

Prefatio q̄tid. Hac die dur sacerd

se cõmunicat/canteẜ hec Cõio. Hoc corpus q̄ pro vobis tradetur: hic calix noui testamenti est in meo sanguine dicit dominus: hoc facite/quotienscunq̃ sumitis in meam cõmemorationẽ. Postcõio.

A Desto nobis q̄s dñe de⁹ noster: et q̄s tuis mysteriis recreasti: ꝑpetuis defende ꝑsidiis. Per do.

¶ Feria.ij.post Judica. Offi



Mi Serere mihi dñe quoniã cõculcauit me hõ: tota die bellãs tribulauit me. ps. Conculcauerunt me inimici mei tota die quoniã multi bellãtes aduersũ me. Non dr̃ Gloria. Flectam⁹ genua le. Oro

S Anctifica q̄s dñe nostra ieiunia: et cũctarũ nobis ꝓpicius idulgẽtiã largire culparũ. Per d.

Lectio Jone prophete. iij.

I N dieb⁹ illis. Factũ est verbum dñi ad ionã ꝓphetã secundo/dicẽs. Surge/et vade in niniuen ciuitatẽ magnã: et predica in ea ꝑdicationẽ/quã ego loquar ad te. Et surrexit ionas: et abijt in niniuẽ/iuxta verbũ dñi. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierũ trium. Et cepit ionas introire in ciuitatem/itinere diei vnius: et clamauit/et dixit. Adhuc quadraginta dies: et niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite in domino/et predicauerunt ieiunium: et vestiti sũt saccis/a maiore vsq̃ ad minorẽ. Et ꝑuenit verbũ ad regẽ niniue: et surrexit de solio suo/et abiecit vestimentũ suũ a se: et indut⁹ est sacco/et sedit in cinere: et clamauit et dixit in niniue ex ore regis et principum eius/dicens. Homines et iumenta/et boues/et pecora/nõ gustẽt quicq̃/nec pascanẜ: et aquã nõ bibãt: et operianẜ saccis hoies: et iumenta clamẽt ad dñm/in fortitudine. Et cõuertaẜ vir a via sua mala: et ab iniq̄tate que est in manibus eorũ. Quis scit si cõuertatur et ignoscat deus: et reuertaẜ a furore ire sue/et nõ peribim⁹. Et vidit deus opera eorũ: q̄a cõuersi sunt de via sua mala. Et misertus est de⁹ super maliciã/quam locutus fuerat vt faceret eis: et nõ fecit. Et misertus est populo suo: dñs deus noster. Gr. Deus exaudi orationẽ meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Tractus.

D Omine non secundũ pctã nostra que fecimus nos: neq̃ secũdũ iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatũ nostrarũ antiquarũ: cito ãticipẽt nos mĩe tue: q̄a pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cũ dicitur ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriã nois tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris/propter nomen tuũ.

¶ Secundũ Johannẽ. viij.

I N illo tpe Miserũt ꝑncipes et pharisei ministros/vt apprehẽderent iesũ. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicũ tẽp⁹ vobiscũ sum: et vado ad eũ qui misit me. Queretis me/et non inuenietis: et vbi sum ego/vos non potestis venire. Dixerũt ergo iudei/ad semet ipsos. Quo hic iturus est: q̄a nõ inueniemus eũ. Nũq̄d in dispsionẽ gẽtiũ iturus est: et docturus gẽtes. Quis est hic sermo quẽ dixit: q̄retis

me/ et nō inuenietis: et vbi sū ego/ vos nō potestis venire. In nouissimo aūt die magno festiuitatis: stabat iesus & clamabat/ dicēs. Si qs sitit: veniat ad me & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aq̄ viue Hoc aūt dixit de spū: quē accepturi erāt/ credētes i eū. Offer. Dñe ꝯuertere & eripe aiam meā: saluū me fac ꝓpter miaꝫ tuā. ps. Dñe ne i ira tua arguas me: neq; i furore tuo corripias me. Secreta.

SAcrificiū laudis de ꝑceptione tuorū dñe deferimus presidiorū: q̄s: vt percipiēda securius veriusq; sumam⁹. Per. Cōio. Dñs virtutum: ipse est rex glorie. Postcōio.

SAcramenti tui q̄s dñe participatio salutaris: et purificationem nobis prebeat/ & medelā Per dñm. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

DA q̄s dñe pplo tuo spiritū veritatis & pacis: vt te tota mēte cognoscat: et que tibi placita sūt/ pia deuotiōe exerceat. P. & eiusdē spūs.

¶ Feria. iij. post Judica.



Expecta dñm viriliter age & cōfortetur cor tuū/ et sustine dñm. ps. Dñs illuminatio mea: et salus mea/ quē timebo. Nō dr̄ Glia pa. Flectamus genua le. Oro

NOstra tibi q̄s dñe sint accepta ieiunia: que nos et expiando gratia tua dignos efficiāt: et ad remedia perducāt eterna. Per.

Lectio danielis prophete. xiiii.

IN diebus illis. Congregati sunt babylonij ad regē: et dixerūt ei. Trade nobis danielē/ qui bel destruxit: et draconē interfecit: alioquin interficiemus te/ et domū tuā. Uidit ergo rex quod irruerēt in eū vehemēter: et necessitate compulsus/ tradidit eis danielē. Qui miserūt eum in lacū leonū: et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem: et dabant eis quotidie duo corpora/ & due oues Et tūc non data sunt eis: vt deuorarēt danielem. Erat autē abachuc ꝓpheta in iudea/ et ipse coxerat pulmentū: et intriuerat panes in alueolo: et ibat in campū/ vt ferret messoribus. Dixitq; āgel⁹ dñi ad abachuc Fer prandiū qd̄ habes in babylonē danieli: qui est in lacu leonū. Et dixit abachuc. Dñe/ babylonē nō vidi: et lacū nescio. Et apprehēdit eum angelus dñi in vertice eius: et portauit eū capillo capitis sui: posuitq; eum in babylonē sup lacū/ in impetu spirit⁹ sui. Et clamauit abachuc dicens. Daniel serue dei: tolle prandiū quod tibi misit de⁹. Et ait daniel. Recordat⁹ eni es mei dñe de⁹ meus: et nō dereliq̄sti diligētes te Surgēsq; daniel: comedit Porro āgel⁹ dñi restituit abachuc confestim in loco suo. Uenit ergo rex die septimo vt lugeret danielē. Et venit ad lacū: et introspexit. Et ecce daniel sedens/ in medio leonū Et exclamauit rex voce magna/ dicens. Magnus es dñe deus danielis. Et extraxit eū de lacu. Illos autem q̄ ꝑditionis eius causa fuerāt: intromisit i lacū: & deuorati sunt i momēto corā eo. Tūc rex ait. Paueāt oēs habitātes in vniuersa terra deū danielis: quia ipse est libera

tor et saluator: faciēs signa et mirabilia/i celo et i terra. Qui liberauit danielē: de lacu leonū Gr. Discerne causā meā dñe: ab hoie iiquo et doloso eripe me. V. Emitte lucē tuā et veritatē tuā: ipsa me deduxerūt et adduxerūt i mōtē sāctū tuū. ¶ Secundū Johannē. vij

IN illo tpe. Ambulabat ies⁹ in galileā. Nō eni volebat i iudeā ābulare: qa qrebāt eū iudei interficere. Erat autē i pximo dies festus iudeorū scenophegia. Dixerūt ergo ad eū fratres ei⁹. Transi hinc: et vade in iudeā/vt et discipuli tui videāt opa tua que facis. Nemo quippe i occulto aliqd facit: et querit ipse in palā esse. Si hec facis: manifesta teipsū mūdo. Neqꝫ eni fratres eius/credebāt in eū. Dixit ergo eis iesus. Tēpus meū nōdū aduenit: tēpus aūt vestrū semp est paratū. Nō potest mūd⁹ odisse vos. me autē odit: qa ego testimoniū phibeo de illo/qa opa eius mala sunt. Vos ascendite ad diē festū hūc: ego aūt nō ascēdā ad diē festū istū: qa tēpus meū nōdū ipletū est Hec cū dixisset: ipse mansit in galilea. Ut aūt ascēderūt fratres eius: tūc et ipse ascēdit ad diē festū / non manifeste: sed quasi i occulto. Judei ergo querebāt eū in die festo/et dicebāt. Ubi est ille? Et murmur mult⁹ erat de eo in turba. Quidā eni dicebāt/qa bonus est: alij autē dicebant/non: sed seducit turbas. Nemo tamē palā loquebat de illo: ppter metū iudeorū Offr. Sperēt i te oēs q nouerūt nomē tuū dñe: quoniā nō derelinquis qrētes te. psallite dño qui habitat in syon: quoniā nō est oblitus orationē pauperū. V. Sedes sup thronū qui iudicas equitatē: increpasti gētes/et perijt impius: iudicare populū cū iusticia: et factus es refugiū pauperū. Secreta.

HOstias tibi dñe deferimus immolandas/ que tēporalē cōsolationē nobis impendant: vt pmissa certius/non desperemus eterna. P do. Cōio. Redime me deus israel: ex oībus angustijs meis. Postcō.

DA qs ops deus: vt que diuina sūt iugiter exequētes: donis meramur celestib⁹ propinquare. Per dūm. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

DA nobis dñe qs pseuerantē in tua volūtate famulatū: vt in dieb⁹ nris et merito et numero/populus tibi seruiēs augeat. P

¶ Feria.iiij.post Judica Officiū

LIberator me⁹ de gētibus iracūdis. ab insurgētib⁹ in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me dñe. ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamētū meum et refugiū meū. Nō dicit vlterius Flectamus genua leuate. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio deus tuorū corda fideliū miserator illustra: et qbus deuotiōis pstas affectū: prebe supplicantibus piū benignus auditū. Per dñm.

Lectio libri leuitici. xix.

IN diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicēs. Loqre ad vniuersū cetū filiorū israel: et dices ad eos. Ego dñs deus vester Non facietis furtum: non mentiemini: nec decipiet vnusquisqꝫ proximū suū. Nō periurabis in noie

meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dñs. Non facies calũniã pxi mo tuo: nec vi opp̃mes eũ. Nõ mo rabit opus mercenarij tui apud te vsq mane. Nõ maledices surdo: nec corã ceco pones offẽdiculũ. sed timebis dñm deũ tuũ: qa ego sum dñs. Nõ facies qd iniquũ est: nec iniuste iudicabis. Nõ cõsideres psonã pauperis: nec honores vultum potẽtis. Juste iudica pximo tuo. Nõ eris criminator: nec susurro i populis. Nõ stabis cõtra sanguinẽ proximi tui. Ego dñs. Nõ oderis fratrẽ tuũ in corde tuo: sed publice argue eũ/ne habeas sup illo peccatum. Non queras vltionẽ iimicorum: nec memor eris iniurie ciuiũ tuorũ. Diliges amicũ tuũ/sicut te ipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego eni sum: dñs de⁹ vr.

Gr. Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti iimicos meos sup me. ℣. Dñe deus clamaui ad te et sanasti me: dñe abstraxisti ab inferis aiam meam: saluasti me a descendentibus in lacũ. Tractus.

De necessitatib⁹ meis/ eripe me domine. vide humilitatẽ meã et laborẽ meum: et dimitte oĩa peccata mea ℣. Ad te leuaui aĩam meã: deus meus in te cõfido nõ erubescã: neq irrideãt me iimici mei. ℣. Eteni vniuersi q te expectãt nõ cõfũdent: cõfundant oẽs facientes vana.

¶ Secundũ Johannẽ. x.

In illo tpe. Facta sunt encenia i hierosolimis: et hyems erat: et ãbulabat iesus in tẽplo/ in portico salomonis. Circũdederũt ergo eũ iudei: et dicebãt ei. Quousq aiaz nostrã tollis? Si tu es xp̃s: dic nobis palã. Respõdit eis iesus Loquor vobis: et nõ creditis. Opa que ego facio i noĩe patris mei: hec testimoniũ perhibent de me. Sed vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues mee vocẽ meã audiunt: et ego cognosco eas/et sequunt me. Et ego vitã eternã do eis/et nõ peribũt in eternũ: et non rapiet eas qsq de manu mea. Pater meus qd dedit mihi/maius oĩbus est: et nemo potest rapere/ de manu patris mei Ego et pater vnũ sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei/ vt lapidarẽt eũ. Respondit eis ies⁹. Multa bona opa ostẽdi vobis ex p̃re meo: pp̃ter qd eor op⁹/ me lapidatis? Respõderũt ei iudei De bono opere nõ lapidamus te: sed de blasphemia: et qa tu hõ cum sis: facis teipsum deũ. Respondit eis iesus. Nonne scriptũ est in lege vestra: qa ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: et nõ potest solui scriptura/quẽ pater sanctificauit et misit in mundũ: vos dicitis qa blasphemas/qa dixi filius dei sum. Si nõ facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autẽ facio: et si mihi nõ vultis credere: operibus credite Ut cognoscatis et credatis/ qa pater in me est/et ego in patre. Offr.

Eripe me de iimicis meis de⁹ meus: et ab isurgẽtib⁹ i me libera me dñe. ℣. Mr ecce captauerũt aĩam meã: irruerũt i me fortes

Annue nobis qs Secreta. misericors de⁹: vt hostias placatiõis et laudis/sincero tibi deferamus obsequio. Per. Cõio. Lauabo inter inocẽtes manus meas: et circuibo altare tuũ dñe. vt audiã vocẽ laudis tue et

enarrē vniuersa mirabilia tua. Postcō.

Celestis doni bñdictione pcepta supplices te deus oṗs deprecamur: vt hoc idem nobis et sacramēti causa sit et salutis. P do.

Sup ppłm. Hūiliate ca. vr̃a deo.

Adueniat q̄s dñe mi= Orō. sericordia sperata supplicibus/ ⁊ eis celesti munificētia tribuatur: q̄tenus et recte petēda postulent: et postulata pcipiāt. Per do.

Feria. v. post Judica. Officiū



Omnia que fecisti nobis dñe/ i vero iudicio fecisti: q̄a peccauim⁹ tibi/ ⁊ mandatis tuis nō obediuim⁹: sed da gloriā noi tuo: et fac nobiscū secūdū multitudinē misericordie tue. p̄s. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri/ in mōte sctō ei⁹. Non dr̄ Gl'ia Flectamus genua le. Orō

Presta q̄s oṗs de⁹: vt dignitas cōditionis humane per imoderantiā sauciata: medicinalis parsimonie studio reformetur. Per. Lectio danielis pphete. iij.

In diebus illis. Orauit daniel dicēs. Dñe deus israel/ ne despicias populū tuū: neq₃ auferas miam tuam a nobis. Propter abrahā dilectū tuū: et isaac seruū tuū: ⁊ israel sanctū tuū: q̄bus locutus es pollicens q̄d multiplicares semē eorū sicut stellas celi: et sicut arenā q̄ est in littore maris. Quia dñe iminuti sumus plus q̄ oēs gētes: sumusq₃ humiles in vniuersa terra hodie/ ppter peccata nostra. Et non est in tēpore hoc princeps/ et dux/ et ppheta: neq₃ holocaustū/ neq₃ sacrificiū/ neq₃ oblatio/ neq₃ incensū/ neq₃ locus pmitiarū corā te: vt possim⁹ iuenire miam tuā: sed in aīo ꝯtrito/ et spiritu hūilitatis suscipiamur. Sicut in olocausto arietū et taurorū: ⁊ sicut in milibus agnorꝫ pinguiū: sic fiat sacriciū nostrū in conspectu tuo hodie vt placeat tibi: quoniā nō est confusio/ ꝯfidētibus in te. Et nūc dñe seq̄mur te in toto corde/ et timem⁹ te: et q̄rimus faciē tuā. Ne ꝯfūdas nos: sed fac nobiscū iuxta māsuetudinē tuā: et secundū multitudinē mie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: ⁊ da gloriā noi tuo dñe et ꝯfūdāt oēs q̄ ostēdūt seruis tuis mala. Cōfūdant̄ i oipotētia: et robur eorꝫ conterat̄. Et sciāt q̄a tu es dñs de⁹ solus/ ⁊ gloriosus sup oēm terrā dñe deus noster. Gr. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominū in aula sctā eius. ℣. Reuelabit dñs cōdensa: in tēplo eius oēs dicent gloriam.

Secundū Johannē. vij.

In illo tpe. Cū audissēt q̄dā de turba sermones iesu: dicebāt. Hic est vere ppheta. Alij dicebāt. Hic est xp̄us. Quidā autē dicebāt. Nūq̄d a galilea christ⁹ venit? Nonne scriptura dicit: q̄a ex semine dauid: et de bethleē castello vbi erat dauid/ vētur⁹ est xp̄us? Dissēsio itaq₃ facta est i turba/ ppter eū. Quidā aūt ex ipsis volebāt apprehēdere eū: sed nemo misit sup illū manus. Venerūt ergo ministri ad pōtifices ⁊ phariseos: ⁊ dixerūt eis Quare nō adduxistis eū? Respōderunt ministri. Nunq̄ sic locut⁹ est hō: sicut hic loquit̄. Respōderūt er

go eis pharisei. Nūq̄d et vos seducti estis? Nunq̄d aliq̄s ex p̄ncipib⁹ credidit in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec que nō nouit legē: maledicti sūt. Dixit nicodem⁹ ad eos/ille q̄ venit ad eū nocte/q̄ vnus erat ex ipsis. Nūquid lex nr̄a iudicat hoīez: nisi p̄us audierit ab ipso et cognouerit q̄d faciat? Rn̄derūt et dixerūt ei. Nūq̄d et tu galileus es? Scrutare scripturas ꝛ vide: q̄a ppheta a galilea non surgit. Et reuersi sunt: vnusquisq̄ i domū suā

Offer. Sup flumina babylonis illic sedimus ꝛ fleuim⁹: dū recordaremur tui syon ℣. Memēto dn̄e filioꝝ edom: i diē hirlm.

Domine de⁹ noster Secreta qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nr̄e subsidiū cōdidisti/tuo q̄q̄ noī munera iussisti dicāda ꝯstitui: tribue q̄s: vt ꝛ vite nobis p̄sentis auxiliū: ꝛ eternitatis efficiāt sacramētū. Per. Cōio.

Memento verbi tui seruo tuo dn̄e/in quo michi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. Postcōio.

Quod ore sūpsim⁹ dn̄e pura mēte capiamus: ꝛ de munere tēporali fiat nobis remediū sēpiternū. Per dn̄m. Sup populū.

Hūiliate capita vestra deo Oratio

Esto q̄s dn̄e propicius plebi tue: vt que tibi nō placent respuētes: tuoꝝ potius repleāt̄ delectationibus mandatoꝝ. Per.

¶ Feria. vi. post Judica. Officiū

Miserere mihi dn̄e q̄m tribulor: libera me et eripe me de manibus inimicoꝝ meoꝝ/ et a p̄sequētibus me: dn̄e nō ꝯfūdar: quoniā iuocaui te. ps. In te dn̄e speraui nō ꝯfūdar ineternū: in iusticia tua libera me. Nō dr̄ Gl̄ia patri

Flectamus genua leuate. Oratio.

Cordib⁹ nr̄is q̄s dn̄e auxiliū grē tue bēign⁹ īfūde: vt pctā nr̄a castigatiōe volūtaria cohibentes/tpaliter potius maceremur: q̄ suppliciis deputemur eternis. P.

Lectio hieremie pphete. xvii.

In dieb⁹ ill'. Dixit hieremias. Dn̄e oēs q̄ te dereliquūt/ cōfūdēt̄. Recedētes a te/i terra scribent̄: q̄m dereliq̄rūt venā aq̄rū viuētiū dn̄m. Sana me dn̄e/ et sanabor: saluū me fac/ꝛ saluus ero: q̄m laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbū dn̄i? Ueniat. Et ego nō sum turbatus te pastorē sequēs: et diē hoīs nō desideraui/tu scis. Qđ egressū est de labiis meis: rectū in cōspectu tuo fuit. Nō sis michi tu formidini: spes mea tu i die afflictiōis. Cōfūdant̄ q̄ me p̄sequūt̄: et nō ꝯfūdar ego. Paueāt illi: et non paueā ego. Induc sup eos diē afflictiōis: et duplici cōtritiōe/ꝯtere eos: dn̄e de⁹ nr̄. Gr. Pacifice loquebantur michi inimici mei: et in ira molesti erāt michi. ℣. Uidisti dn̄e/de⁹ meus ne sileas: ne discedas a me Tract⁹

Domine non secundū pctā nostra que fecimus nos: neq̄ secūdū iniquitates nostras retribuas nobis ℣. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquarū: cito āticipēt nos mie tue: q̄a pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cū dicit̄ ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriā noīs tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris / propter nomen tuū.

¶ Secundū Johannē. xj.

In illo tpe. Collegerūt pontifices et pharisei cōsiliū aduersus iesū: et dicebāt. Quid facimus: qa hic hō multa signa facit. Si dimittimus eū sic: oēs credent in eū. Et venient romani: et tollent nostrū locū/ et gentē. Unus autē ex ipsis cayphas noie: cū esset pontifex anni illius: dixit eis. Vos nescitis quicq̃/ nec cogitatis: quia expedit vobis/ vt vnus moriat hō pro populo: et nō tota gēs pereat. Hoc autē a semetipso nō dixit: sed cum esset pontifex anni illius/ pphetauit: qa iesus moriturus erat pro gēte. Et nō tātū pro gēte: sed vt filios dei qui erāt dispersi/ cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die: cogitauerūt vt iterficerēt eū. Jesus ergo iā nō in palā ābulabat apd iudeos: sed abiit in regionē iuxta desertū/ i ciuitatē q̃ dicit effrem. Et ibi morabat: cū discipulis suis. Offr. Bndictus es dñe doce me iustificatiōes tuas: et ne tradas calūniātibus me supbis: et respondebo exprobrātibus michi verbū. V. Vidi nō seruantes pactū/ et tabescebā. dñe qñ facies de psequētib9 me iudiciū. Secreta.

Presta nobis misericors deus: vt digne tuis seruire sēper altarib9 mereamur: et eor ppetua participatiōe saluari P. Cōio Ne tradideris me dñe in aīas psequentiū me: qa isurrexerūt in me testes iniq/ et mētita est iniquitas sibi. Postcōio.

Sumpti sacrificij dñe perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia semp a nobis cūcta repellat. Per. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Concede nobis qs dñe veniā pctor/ et religiōis augmētū: atq vt in nobis tua dona multiplices: tuis fac mandatis prōptiores. P. ¶ Sabbato post Judica. Of.

Miserere michi dñe qm tribulor: libera me et eripe me de manibus inimicor meorum/ et a psequētibus me dñe nō cōfundar quoniā inuocaui te. Ps. In te dñe speraui nō cfundar ineternū: in iusticia tua libera me. Nō dr Gloria pa. Flectamus genua le. Oro.

Proficiat qs dñe plebs tibi dicata pie deuotiōis affectu vt sacris actionibus erudita/ quāto maiestati tue sit gratior: tanto donis potioribus augeatur. Per.

Lectio hieremie prophete. xviij.

In diebus illis. Dixerūt impij iudei ad iuicem. Venite cogitemus ctra iustū cogitatiōes. Nō eni pibit lex a sacerdote: neq cōsiliū a sapiēte: nec sermo a pphe ta. Venite et pcutiamus eū lingua: et nō attēdamus ad vniuersos sermones eius. Attende dñe ad me: et audi voces aduersariorū meorū Nūqd reddet pro bono malū: qa foderūt foueā aīe mee. Recordare q steterim in conspectu tuo/ vt loquerer p eis bonū: et auerterē indignationē tuam ab eis. Propterea da filios eorū in famē: et deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq liberis et vidue: et viri earū interficiant morte. Juuenes eorū cōfodiant gladio in plio: audiat clamor de domibus eorū. Adduces eni sup eos latronē repente:

quia foderūt foueā vt caperēt me: et laqos abscōderūt pedibus meis Tu autē dn̄e scis oē cōsiliū eoꝝ/ad uersū me in mortē. Ne ꝑpicieris iniquitati eorū: et peccatū eorū/a facie tua nō deleatur. Fiāt corruē tes in cōspectu tuo/ in tēpore furo- ris tui: dn̄e deus meus. Grꝫ. Pacifi- ce loquebantur mihi inimici mei: et in ira molesti erant mihi. V. Uidisti dn̄e / deus meus ne sileas: ne discedas a me.

¶ Secundū Johannē. vi.

In illo tpe. Dixit iesus disci pulis suis: et turbis iudeoꝝ. Amē amen dico vobis: nisi mādu caueritis carnē filij hoīs/et biberi- tis eius sanguinē: non habebitis vitā in vobis. Qui māducat meā carnē/ꝫ bibit meū sanguinem: ha bet vitā eternā et ego resuscitabo eū/i nouissimo die. Caro enī mea/ vere est cibus: et sanguis meus/ve re est potus. Qui māducat meam carnē/et bibit meū sāguinē: in me manet / et ego in illo. Sicut misit me viuēs pater: et ego viuo ꝑpter patrē. Et qui māducat me: et ipse viuet ꝑpter me. Hic est panis qui de celo descēdit. Nō sicut mandu- cauerūt patres vestri māna in de- serto: ꝫ mortui sūt. Qui māducat hūc panē: viuet in eternū. Hec di- xit in synagoga: docēs sabbato in capharnaū. Multi autē audiētes ex discipulis eius/ dixerūt. Durus est hic sermo. Quis potest eū audi re? Sciēs autē iesus apud semetip sū q̄a murmurarēt de hoc discipu li ei⁹: dixit eis. Hoc vos scādalizat. Si ergo videritis filiū hoīs ascen- dentē vbi erat prius? Spirit⁹ est q̄ viuificat: caro nō ꝓdest q̄cq̄. Uer- ba que ego locut⁹ sū vobis: sp̄us et vita sūt. Sed sunt q̄dā ex vobis: q̄ nō credūt. Sciebat autē ab īitio ie sus/qui essēt nō credētes: et q̄s tra- diturus esset eū/ꝫ dicebat. Propte rea dixi vobis: q̄a nemo potest ve- nire ad me: nisi fuerit ei datū a pa- tre meo. Ex hoc ergo multi disci- pulorū eius abierūt retro: et iā nō cū illo ambulabāt. Dixit ergo ie- sus ad duodecim. Nūquid et vos vultis abire? Respondit ergo ei sy mon petrus. Dn̄e/ ad quē ibim⁹? Uerba vite eterne habes. Et nos credimus ꝫ cognouimus: q̄a tu es christus filius dei. Respōdit eis ie sus. Nōne ego vos duodecim ele- gi: ꝫ vn⁹ ex vobis diabolus est. Di cebat autē de iuda symonis scario this. Hic enī erat traditurus eū: cū esset vnus ex duodecim. Offꝫ. Re- cordare q̄d steterim in cōspectu tuo vt loq̄- rer pro eis bonū: et auerterē indignationē tuā ab eis. V. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouem ioseph. Secreta.

Suscipe creator oīs que ieiu nātes de tue munificētie lar gitate deferim⁹: et pro tēporali no bis collata presidio: ad vitā cōuer- te ꝓpiciatus eternā. Per do. Cōio Ne tradideris me dn̄e in aīas ꝑsequentiū me: q̄a insurrexerūt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Postcōio.

Diuini muneris largitate sa ciati q̄s dn̄e deus noster: vt hui⁹ semp ꝑticipatione viuamus. P. Sup ppl'z Hūiliate ca. vr̄a deo Ueat q̄s dn̄e dextera Ofo. tua populū depcantē: ꝫ pu rificatū dignāter erudiat: vt et cō-

solatione presenti foueatur: et ad
futura bona pficiat. Per dominū

¶ Dñica in ramispalmarū: post
aspersionē aque bñdicte/ legat hec
lectio ad gradū altaris ex parte au
strali ab accolito alba induto: sup
flores et frondes / cum suo titulo.

Lectio libri Exodi. xv. et xvi.

IN dieb⁹ illis. Uenerūt filij
israel in helim: vbi erāt fon
tes aquarū duodecim / ⁊ septuagin
ta palme: ⁊ castrametati sūt iuxta
aq̄s. Profectiq₃ sūt de helim: et ve
nit oīs multitudo filiorū israel in
desertum syn: qd̄ est inter helim ⁊
synai / quintodecimo die mēsis se
cundi: postq̄ egressi sunt de terra
egypti. Et murmurauit oīs cōgre
gatio filiorū israel: cōtra moysen
et aarō in solitudine. Dixeruntq₃
filij israel ad eos. Utinam mortui
essem⁹ p manū dñi i terra egypti:
qñ sedebam⁹ sup ollas carniū ⁊ co
medebam⁹ panes i saturitate Cur
induxisti nos in desertū istud: vt
occideretis oēm multitudinem fa
me? Dixit aūt dñs ad moysen. Ec
ce ego pluam vobis panes de celo
Egrediat populus / et colligat que
sufficiūt p singulos dies: vt tēptē
eū / vtrū ābulet in lege mea / an nō
Die autē sexto parēt qd̄ inferant:
et sit duplū q̄ colligere solebāt per
singulos dies. Dixerūtq₃ moyses
⁊ aarō ad oēs filios israel. Uespere
scietis q̄ dñs eduxerit vos de terra
egypti: et mane videbitis gloriam
dñi Audiui eni murmur vestrum
cōtra dñm. Nos vero quid sum⁹:
quia musitastis cōtra nos? Et ait
moyses. Dabit vobis dñs vespere
carnes edere: et mane panes in sa
turitate: eo qd̄ audierit murmura
tiones vestras / quibus murmura
ti estis contra eum. Nos eni quid
sumus? Nec contra nos est mur
mur vestrū: sed cōtra dñm. Dixit
q₃ moyses ad aaron. Dic vniuerse
cōgregationi filiorū israel. Accedi
te corā dño. Audiuit eni murmur
vestrū. Cumq₃ loqueret aaron ad
oēm cetū filiorum israel: respexe
runt ad solitudinē. Et ecce gloria
dñi: apparuit in nube.

¶ Statim
sequat euāgeliū: et legat vbi legū
tur euangelia in ferialibus dieb⁹ a
diacono ad orientē cōuerso / more
simplicis festi / post acceptā benedi
ctionē.

¶ Secundū Johānē. xij.

IN illo tpe. Turba multa q̄
uenerāt ad diē festū: cū au
dissēt q̄a venit iesus hierosolymā:
acceperūt ramos palmarū: et pces
serūt obuiā ei / et clamabant. Osā
na / benedict⁹ qui venit i noīe dñi:
rex israel. Et iuenit iesus asellū: et
sedit super eū sicut scriptū est. No
li timere filia syō: ecce rex tuus ve
nit tibi māsuetus / sedēs sup pullū
asine. Hec nō cognouerūt discipu
li ei⁹ pmū: sed quādo glorificatus
est iesus: tūc recordati sunt / q̄a hec
erāt scripta de eo: et hec fecerunt ei
Testimoniū ergo phibebat turba
que erat cū eo quādo lazarū voca
uit de monumēto: et suscitauit eū
a mortuis. Propterea et obuiam
venit ei turba: quia audierāt eū fe
cisse hoc signū. Pharisei ergo dixe
runt ad semetipsos. Uidetis quia
nichil pficimus. Ecce mundus to
tus: post eū abijt

¶ Finito euāge

lio: sequat benedictio floꝝ et frõdium a sacerdote/ induto cappa serica rubea sup gradũ tertiũ altaris ad australẽ cõuerso: positis prius palmis cum floribus supra altare/ pro clericis. pro alijs vero sup gradum altaris/ in parte australi.

Exorcizo te creatura florũ vel frõdiũ: in noĩe dei patris oĩpotẽtis: et in noĩe iesu xpi filij eius dñi nr̃i: et in virtute spũs sctĩ. pro inde oĩs virt⁹ aduersarij: oĩs exercitus diaboli: oĩsq̃ potestas: oĩs incursio demonũ/ eradicare et explãtare ab hac creatura florũ vel frondiũ: vt ad dei gratiã festinãtiũ vestigia/ insidiãdo nõ assequaris. Per eũ q̃ venturus est iudicare viuos et mortuos: et seculũ p ignẽ ℟. Amẽ

Deinde dicũt orões sine Dñs vobiscũ. sed tãtũ cũ Oremus Orõ.

Omnĩps sẽpiterne deus: qui in diluuij effusione/ noe famulo tuo per os columbe gestãtis ramũ oliue/ pacẽ terris redditã nunciasti: te supplices deprecamur: vt hãc creaturã florũ et frõdiũ spatulasq̃ palmaꝝ/ seu frondes arboꝝ: quas ante cõspectũ glorie tue offerimus: veritas tua sancti ✠ ficet: vt deuotus populus in manib⁹ suscipiẽs eas: benedictionis tue gratiã cõsequi mereat. Per christum dñm nostrũ. Et dicunt oẽs orões sub tono lectiõis/ et cũ Orem⁹. orõ

Deus cuius filius pro salute generis humani de celo descẽdit ad terras: et appropinquante hora passionis sue/ hierosolimã in asino sedens venire/ et a turbis rex appellari ac laudari voluit: augẽ fidẽ in te sperantiũ: et supplicũ p̃ces clementer exaudi: veniat sup nos q̃s dñe benedictio tua: et hos palmaꝝ ceterarumq̃ arborum ramos/ bñ ✠ dicere dignare: vt oẽs q̃ eos laturi sũt: bñdictiõis tue dono repleãt. Cõcede ergo dñe: vt sicut hebreoꝝ pueri osãna i excelsis clamãtes/ eidẽ filio tuo dño nr̃o iesu christo/ cũ ramis palmarũ occurrerunt: ita nos arborũ ramos gestãtes/ cum bonis operibus occurramus obuiã xpo: et pueniam⁹ ad gaudiũ sempiternũ. P eũd xpm.

Orõ

Deus qui dispersa cõgregas: et cõgregata conseruas: q̃ populis obuiã xpo iesu/ ramos palmarũ portãtibus bñdixisti: bñ ✠ dic etiã et hos ramos palmarũ/ ceterarũq̃ arboꝝ: quos tui famuli/ ad noĩs tui bñdictionẽ fideliter suscipiunt: vt in quẽcunq̃ locũ introducti fuerint: tuã bñdictionẽ habitatores illi⁹ loci oẽs cõsequant: ita vt oĩ aduersa valitudine effugata dextera tua ptegat q̃s redemit. Per eundẽ. Hic aspergãtur flores et frondes aqua bñdicta/ et thurificent. Deinde dr̃ Dñs vobiscum. et Oremus Oratio.

Domine iesu christe fili dei viui/ mũdi cõditor et redẽptor qui nostre liberatiõis et saluationis gratia ex sũma celi arce descendere/ carnẽ sumere/ et passionẽ subire dignatus es: quiq̃ spõte ppria/ loco eiusdẽ passionis appropinquãs: a turbis cum ramis palmarũ obuiãtib⁹: bñdici/ laudari/ et rex bñdict⁹ veniẽs in noĩe domini clara voce appellari voluisti: tu

nũc nostre cõfessionis laudationẽ acceptare: et hos palmarum ceterarumque arborum ac florũ ramos bñ✠dicere et scti✠ficare digneris: vt quicunque in tue virtutis obsequio exinde aliquid tulerit/celesti bñdictiõe sanctificatus: pctõrum remissionẽ/ et vite eterne pmia pcipere mereatur. Per te iesu xpe saluator: qui cũ patre et spũ sctõ/viuis et regnas deus. Per oia secula seculorum. ℞. Amen. His itaque peractis: statim distribuantur palme/et interim cantentur he sequẽtes an. cantore icipiẽte. An. Pueri hebreorũ tollẽtes. Alia an. Pueri hebreorũ vestimenta. Dum distribuuntur rami: pparetur feretrũ cũ reliquiis/ in quo corpus xpi i pixide depẽdeat: et ad locũ pme stationis a duobus clericis de secunda forma nõ pced sequẽdo: sed ad locũ pme stationis obuiã veniẽdo/ habitu non mutato: lumẽ deferatur in laterna pcedente cũ cruce denudata et duobus vexillis pced. Deide eat pcessio vsque ad locũ pme stationis. Sintque ministri processionis albis circũamicti/absque tunicis vel casulis iduti: ita tamẽ quod sacerdos sit in cappa serica rubea: choro itaque sequẽte/ habitu nõ mutato. In eũdo An. Prima autẽ. An. Cum appropinquaret. Si autẽ nõ sufficiũt he due an. pdicte/ vsque ad locũ pme stationis: tunc sequãtur hec an. scz An. Cum audisset An. Ante sex. An. Ante sex dies passionis. Hic fiat pma statio: videlicet ex parte eccle boreali in extrema parte oriẽtali: et legatur hoc euangeliũ. Cũ appropinquasset iesus. Require hoc euãgeliũ in pma dñica aduentus dñi: et legatur ab ipso diacono induto ad pcessionẽ/ nõ iuxta crucem: sed ante sacerdotẽ/loco parũper secus stationẽ illius diaconi mutato. Etiã ipso diacono ad borealẽ cõuerso: et legatur sicut in festo simplici. ix. lec. bñdictiõe prius accepta more solito. Finito euãge. tres clerici de secunda forma/ habitu non mutato/ cõuersi ad populũ/ stãtes ãte magnã crucẽ ex pte occidẽtali/ sic cantent. ℣. En rex venit. Post singulos vero ℣. executor officii icipiat An. Salue/ cõuersus ad reliquias: quã psequatur chorus cũ genuflexione osculãdo terrã. Ab ipso etiã executore officii pmo cum choro fiat genuflexio. Clerici ante reliquias ℣. En rex. Senior an. Salue quẽ. Chorus resurgendo psequatur. Testatur. Itẽ clerici ante reliquias loco nõ mutato/ dicãt ℣. Hic est qui de edom. Itẽ senior loco non mutato/ dicat ℣. Salue lux mũdi. Chorus resurgẽdo pseqtur. Rex regũ. Itẽ clerici ante reliquias/ loco nõ mutato dicãt ℣. Hic est ille. Itẽ senior loco non mutato dicat An. Salue nostra salus. Chorus resurgendo psequatur. Pax vera. Deinde eat pcessio ad locũ scde statio nis: et feretrũ cũ casula reliquiarũ pariter cũ luce i laterna iter sub ℣. et thuribulum deferatur cum vexillis ex vtraque parte: cãtore incipiẽte An. Dignus es dñe. An. Occurrũt turbe. Si aũt nõ sufficiũt hee due ã. ad locũ secũde statiõis: tũc cãtentur hec duo ℟. vel vnũ eorũ. ℟. Dñs iesus. ℣. Cõuenerũt ℟. Cogitauerunt. ℣. Testimoniũ. Hic fiat secunda statio videlicet ex parte ecclesie australi / vbi

septē pueri i loco eminētiori simul cantēt ℣. Glia laus. Chor⁹ idē repetat post vnũquemq℥ ℣. Clerici ℣. Israel es tu. ℣. Cetus in excel. ℣. Plebs hebrea. Peracta hac statiōe: eat pro cess. p mediũ claustri a dextera manu vsq℥ ad ostiũ ecclesie occidētale cantādo ℟. Collegerunt. Hic fiat tertia statio scilicet ante pdictũ ostiũ: vbi tres clerici de superiori gradu in ipso ostio habitu nō mutato cōuersi ad populũ cātēt ℣. Unus autē Repetitio. Ne forte. His finitis: intrent ecclesiā per idē ostiũ sub feretro/et capsula reliqarũ ex transuerso ostij eleuata cantādo ℟. Ingrediente dño. Hic fiat. iiij. statio sc℥ ante crucē in ecclesia: et in ipsa statione executor officij incipiat An. Aue crux iā discooperta: et respōdeat cho. Rex nr. Cũ genuflexiōe/osculādo terrā: et sic icipiat senior an. ter singulis vicib⁹ vocē exaltādo vna cũ choro fiat genuflexio: ⁊ post tertiā inceptionē chorus eand. an. in ipsa statione stādo psequtur. Qua finita intrent chorũ. Oēs cruces p eccl. sint discooperte vsq℥ post vs. In introitu chori ℟. Circũdederunt me. ℣. Eripe me de. ℟. Et ab insurgentibus. Oratio. Oīpotens sempiterne de⁹. Peractis que ad pcessionē pertinēt: ¶ Ad missā Officiũ.

Domine ne lōge facias auxiliũ tuum a me: ad defēsionē meā aspice. libera me de ore leōis: et a cornibus vnicornium humilitatē meā. ps. Deus deus meus respice i me: quare me dereliquisti. Non dicitur vlterius. Oratio.

Omnipotens sēpiterne deus: qui humano generi ad imitādum humilitatis exēplũ: saluatorē nostrũ carnē sumere/⁊ crucē subire fecisti: ꝯcede ppicius: vt ⁊ patiētie ipsius habere documēta: et resurrectionis consortia mereamur. Per eundē. Ad philippenses. ij.

Fratres. Hoc eni sentite i vobis: qđ et in xpo iesu. Qui cũ in forma dei esset: nō rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs/i similitudinē hoīm fact⁹ et habitu inuētus vt homo. Humiliauit semetipsũ/fact⁹ obediēs vsq℥ ad mortē: mortē autē crucis. Propter qđ et deus exaltauit illũ: ⁊ donauit illi nomen qđ est sup oē nomen. vt in noīe iesu oē genu flectatur: celestiũ/terrestriũ/et infernor. Et oīs linga ꝯfiteat: qa dñs noster iesus christus: in glia est dei patris Gr. Tenuisti manũ dexterā meā: et i voluntate tua deduxisti me: et cũ gloria assũpsisti me. ℣. Quā bon⁹ israel deus rectis corde: mei autē pene moti sũt pedes: pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui in peccatoribus/pacem peccatorum videns.

Chorus alternatim dicat. Tract⁹

Deus deus meus respice i me: qre me dereliquisti. Longe a salute mea: verba delictor meor. Deus me⁹ clamabo per diē/nec exaudiēs: et nocte/et nō ad insipientiā michi. Tu autē in sctō habitas/laus israel: in te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos. Ad te clamauerũt/et salui facti sunt: i te sperauerũt/et nō sunt cōfusi. Ego autē sum vermis et nō homo: opprobriũ hominum et abiectio plebis. Oēs qui videbāt

me aspernabant me: locuti sunt labijs/ et mouerũt caput. Sperauit in dño eripiat eũ: saluũ faciat eũ/quoniã vult eũ. Ipsi vero cõsiderauerunt et conspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: et sup vestem meã miserunt sorte. Libera me de ore leonis: et a cornibus vnicorniũ humilitatẽ meã. Qui timetis dñm laudate eũ: vniuersum semẽ iacob magnificate eum. Annunciabitur dño generatio ventura et annũciabũt celi iusticiã eius. Populo q̃ nascet quẽ fecit dñs. Seqt passio cũ Dñs vobiscum. Passio dñi nostri iesu christi secundũ matheum. Non dicit Gloria tibi dñe. xxvi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. ✠ Scitis q̃a post biduũ pasca fiet: et fili⁹ hoĩs tradet vt crucifigat. c Tunc congregati sunt principes sacerdotũ/ et seniores populi in atriũ principis sacerdotũ/ q̃ dicebat cayphas: et cõsiliũ fecerũt/ vt iesũ dolo tenerẽt/ et occiderẽt. Dicebãt aũt. s Nõ in die festo. Ne forte tumultus fieret i populo. c Cũ aũt esset iesus in bethania/ in domo simonis leprosi: accessit ad eũ mulier habens alabastrũ vnguenti p̃ciosi: et effudit sup caput ipsius recũbentis. Uidẽtes autẽ discipuli: idignati sũt/ dicẽtes s Ut quid pditio hec? Potuit eni istud venũdari multo: et dari pauperib⁹. c Sciẽs aũt iesus/ ait ill. ✠ Quid molesti estis huic mulieri? Opus eni bonũ/ operata est in me Nã semp paupes habet/ vobiscũ: me aũt nõ semp habebitis. Mittẽs eni hec vnguẽtũ hoc in corp⁹ meũ: ad sepeliendũ me fecit. Amẽ dico vobis: vbicũq; p̃dicatũ fuerit hoc euãgeliũ in toto mũdo: dicet et q̃ hec fecit in meoriã ei⁹. c Tũc abijt vnus de duodecim qui dicebat iudas scarioth ad principes sacerdotũ: et ait illis. s Quid vultis michi dare: et ego vobis eũ tradã? c At illi cõstituerũt ei triginta argẽteos. Et exinde querebat oportunitatẽ/ vt eũ traderet. Prima autẽ die azimorũ: accesserunt discipuli ad iesum/ dicentes. s Ubi vis paremus tibi comedere pasca? c At iesus dixit. ✠ Ite in ciuitatẽ ad quẽdam/ et dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio pasca cũ discipulis meis. c Et fecerũt discipuli/ sicut cõstituit illis iesus: et parauerunt pasca. Uespere autẽ facto: discũbebat cũ duodeci discipulis suis. Et edẽtib⁹ illis/ dixit. ✠ Amẽ dico vobis: quia vnus vestrũ me traditurus est. c Et contristati valde: ceperũt singuli dicere. s Nũq̃d ego sum dñe? c At ipse respondẽs/ ait. ✠ Qui itingit mecũ manũ in parapside: hic me tradet. Filius quidẽ hoĩs vadit: sicut scriptũ est de illo. Ue autẽ hoĩ illi: per quẽ filius hoĩs tradet. Bonũ erat ei: si nat⁹ nõ fuisset homo ille. c Respõdẽs aũt iudas qui tradidit eũ/ dixit. s Nunq̃d ego sũ rabbi? c Ait illi. ✠ Tu dixisti. c Cenãtib⁹ autẽ eis: accepit iesus panẽ/ et bñdixit ac fregit: deditq; discipulis suis/ et ait. ✠ Accipite et comedite: hoc est corpus meũ. c Et accipiens calicem gratias egit: et dedit illis dicens. ✠ Bibite ex hoc oẽs. Hic est eni sanguis meus noui testamẽti: qui pro multis effundetur/ in re

missionē peccatoꝝ. Dico autē vo
bis: non bibā amodo de hoc geni-
mine vitis: vsqꝫ in diē illū/ cū illud
bibam vobiscū nouū in regno pa-
tris mei. c Et hymno dicto: exie-
rūt in montē oliueti. Tunc dixit il
lis iesus. ✠ Oēs vos scandalū pa-
tiemini in me/ in ista nocte. Scri-
ptum est enī. Percutiā pastorē: et
dispergent̄ oues gregis. Postq̄ au
tem resurrexero: p̄cedā vos in gali
leā. c Respōdēs autē petr⁹: ait illi.
s Et si oēs scādalizati fuerint i te:
ego nunq̄ scandalizabor. c Ait illi
iesus. ✠ Amē dico tibi: q̄a in hac
nocte anteq̄ gall⁹ cantet/ ter me ne
gabis. c Ait illi petrus. s Etiam si
oportuerit me mori tecū: nō te ne-
gabo. c Similiter et oēs discipuli
dixerūt. Tūc venit iesus cū illis in
villā q̄ dicit̄ gethsemani: ⁊ dixit di
scipulis suis. ✠ Sedete hic: donec
vadā illuc ⁊ orem. c Et assūpto pe
tro et duob⁹ filijs zebedei: cepit cō
tristari et mestus esse. Tūc ait illis
✠ Tristis est aīa mea vsqꝫ ad mor-
tem. Sustinete hic: et vigilate me
cū. c Et p̄gressus pusillū: procidit
in faciē suā/ orās et dicēs. ✠ Pater
mi/ si possibile est: transeat a me ca
lix iste. Uerūtamē nō sicut ego vo-
lo: sed sicut tu vis. c Et venit ad di-
scipulos: et iuenit eos dormientes
Et dixit petro. ✠ Sic. Non potui
stis vna hora vigilare mecū? Uigi
late ⁊ orate: vt nō intretis in tēpta
tionē. Spiritus q̄dē prompt⁹ est:
caro autē īfirma. c Iterū secundo
abijt: ⁊ orauit dicēs. ✠ Pater mi/
si nō potest hic calix trāsire nisi bi-
bā illū: fiat volūtas tua. c Et venit
iterum: et inuenit eos dormientes
Erāt eni oculi eoꝝ grauati. Et re-
lictis illis: iterū abijt et orauit ter-
tio/ eundē sermonē dicens. Tūc ve
nit ad discipulos suos/ et dixit illis
✠ Dormite iā: ⁊ requiescite. Ecce
appropinq̄bit hora: et filius hoīs
tradet̄ in manus peccatoꝝ. Surgi
te eamus. Ecce appropinq̄bit qui
me tradet. c Adhuc eo loquēte: ec-
ce iudas vnus de duodecim venit:
et cū eo turba multa cū gladijs et
fustibus/ missi a p̄ncipib⁹ sacerdo-
tū et senioribus populi. Qui autē
tradidit eū: dedit illis signū dicēs
s Quēcūqꝫ osculat⁹ fuero: ip̄e ēst te
nete eū. c Et cōfestim accedens ad
iesū: dixit. s Aue rabbi. c Et oscu-
latus est eum. Dixitqꝫ illi iesus. ✠
Amice/ ad q̄d venisti? c Tūc accesse-
rūt/ et manus iniecerūt in iesū: et
tenuerūt eū. Et ecce vnus ex his q̄
erāt cum iesu: extendēs manū/ exe
mit gladiū suū: et percutiēs seruū
p̄ncipis sacerdotū/ āputauit auri-
culā eius dextrā. Tūc ait illi iesus
✠ Cōuerte gladiū tuū i locū suū.
Omnes eni qui acceperint gladiū
gladio peribūt. An putas q̄a non
possū rogare patrē meū: et exhibe
bit michi modo plusq̄ duodeci le-
giones angeloꝝ? Quomodo ergo
īplebunt̄ scripture? Qr sic oportet
fieri. c In illa hora dixit iesus tur-
bis. ✠ Tāq̄ ad latronē existis cū
gladijs ⁊ fustibus cōprehēdere me
Quotidie apud vos sedebā docēs
in tēplo: et nō me tenuistis. c Hoc
autē totū factū est: vt ad īplerent̄
scripture p̄phetarū. Tūc discipu-
li oēs relicto eo/ fugerūt. At illi te-

nētes iesum: duxerunt ad cayphā principē sacerdotū: vbi scribe & seniores ɔuenerāt. Petrus autē seq̄bat eum a longe: vsq; in atriū pn̄cipis sacerdotum. Et ingressus intro: sedebat cū ministris/ vt videret finē. Principes autē sacerdotū et oē cōsiliū: q̄rebāt falsū testimoniū ɔtra iesum: vt eum morti traderent. Et nō inuenerunt: cū multi falsi testes accessissent. Nouissime autē / venerūt duo falsi testes: et dixerūt. g Hic dixit. Possum destruere tēplū dei: et post triduum reedificare illud. c Et surgēs princeps sacerdotū: ait illi. g Nichil respōdes ad ea/ q̄ isti aduersū te testificant? c Jesus autē tacebat. Et pn̄ceps sacerdotū ait illi. g Adiuro te p deū viuū: vt dicas nobis si tu es christus filius dei viui? c Dicit illi iesus. ✠ Tu dixisti. Uerūtamē dico vobis: amodo videbitis filium hoīs sedentē a dextris virtutis dei: et venientē in nubibus celi. c Tūc princeps sacerdotum scidit vestimēta sua dicēs. g Blasphemauit. Quid adhuc egemus testib⁹? Ecce nunc audistis blasphemiā. Quid vobis videt? c At illi respōdentes/ dixerūt. g Reus est mortis. c Tūc expuerūt in faciē eius: et colaphis eū cederunt. Alij autē palmas ī faciē ei⁹ dederūt/ dicētes. g Prophetiza nobis christe: q̄s est qui te percussit? c Petrus aūt sedebat foris: ī atrio. Et accessit ad eū vna ancilla dicēs. g Et tu cū iesu galileo eras. c At ille negauit corā oīb⁹/ dicēs. g Nescio q̄d dicis. c Exeunte autem illo ianuā/ vidit eum alia ancilla: et ait his qui erāt ibi. g Et hic cum iesu nazareno erat. c Et iterum negauit cum iuramento: q̄a nō noui hoīem. Et post pusillū: accesserūt qui ibi stabāt/ et dixerunt petro. g Uere et tu ex illis es: nā & loq̄la tua te manifestum facit. c Tunc cepit detestari & iurare: q̄a non nouisset hoīem. Et cōtinuo gallus cātauit Et recordat⁹ est petrus verbi iesu q̄d dixerat: priusq̄ gallus cātet/ ter me negabis. Et egressus foras: fleuit amare. Mane aūt facto: ɔsiliū inierūt oēs principes sacerdotū/ et seniores populi aduersus iesū: vt eum morti traderēt. Et vinctū adduxerūt eū: et tradiderūt pōtio pilato presidi. Tūc vidēs iudas qui eū tradidit q̄d dānatus esset: penitentia ductus / retulit triginta argenteos pn̄cipibus sacerdotum et seniorib⁹ populi/ dicēs. g Peccaui: tradēs sāguinē iustum. c At illi dixerunt. g Quid ad nos? Tu videris. c Et piectis argenteis in tēplo/ recessit: & abiēs/ laqueo se suspēdit Pricipes aūt sacerdotū: accept[is] argēteis/ dixerunt. g Nō licet eos mittere in corbonā: q̄a preciū sanguinis est. c Cōsilio aūt inito: emerūt ex eis agrum figuli / in sepulturā peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach / hoc est ager sanguinis: vsq; in hodiernū diē. Tūc ipletū est q̄d dictū est per hieremiā pphetā dicētē. Et acceperūt triginta argēteos pciū appreciati quē apprecíauerūt a filijs israel: & dederūt eos in agrū figuli sicut ɔstituit mihi dn̄s. Jesus aūt stetit ante presidē. Et interrogauit

eum preses dicens. s Tu es rex iudeorum? c. Dicit illi iesus. ✠. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus: nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus. s Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? c Et nō respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur preses vehementer. Per diem autē solennē: consueuerat preses dimittere populo vnum vinctū/ quem voluisset. Habebat autē tūc vnum vinctū insignem/ qui dicebatur barrabas: qui ppter homicidiū missus fuerat in carcerem. Congregatis ergo illis: dixit pilatus. s Quem vultis dimittam vobis: barrabā/ an iesum qui dicitur christus? c Sciebat eni quod per inuidiā tradidissent eū. Sedēte autē illo pro tribunali: misit ad eū vxor eius dicēs. s Nichil tibi et iusto illi. Multa eni passa sum hodie per visū/ ppter eū. c Principes autē sacerdotū et seniores/ psuaserunt populis vt peterēt barrabā: iesū vero pderent. Respondēs aūt preses: ait illis. s Quē vultis vobis de duob? dimitti? c At illi dixerūt s Barrabam. c Dicit illis pilatus s Quid igitur faciā de iesu/ qui dicitur christus? c Dicūt oēs. s Crucifigatur. c Ait illis preses. s Quid eni mali fecit? c. At illi magis clamabāt dicētes. s Crucifigat. c Uidens autē pilatus quia nichil pficeret/ sed magis tumultus fieret: accepta aqua/ lauit manus suas coram populo dicens. s. Innocens ego sum a sāguine iusti hui? / vos videritis. c Et respondens vniuersus populus: dixit. s Sāguis eius sup nos: et sup filios nr̄os. c Tunc dimisit illis barrabā: iesum autē flagellatū tradidit eis/ vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes iesum in pretoriū: ↄgregauerūt ad eū vniuersā cohortē. Et exeuntes eū: clamydē coccineā circūdederūt ei. Et plectētes coronā de spinis/ posuerūt sup caput ei?: et arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eū: illudebant ei dicentes. s Aue rex iudeorū. c Et expuentes in eū: acceperunt arundinem/ et percutiebāt caput eius. Et postq̄ illuserūt ei: exuerūt eum clamide: et induerūt eū vestimentis eius: et duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem: inuenerūt hoiem cyreneum/ nomine symonem. Hunc angariauerunt: vt tolleret crucē eius. Et venerunt in locum qui dicit golgotha: quod est caluarie locus. Et dederūt ei vinū bibere: cum felle mixtum. Et cum gustasset: noluit bibere. Postq̄ autem crucifixerunt eum: diuiserūt vestimenta eius/ sortem mittentes: vt impleretur quod dictū est per prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabāt eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: hic est iesus rex iudeorum. Tunc crucifixi sūt cum eo duo latrones: vnus a dextris/ et vnus a sinistris. Pretereūtes autem/ blasphemabant eum: mouentes capita sua/ et dicentes. s Uah qui destruis templum dei: et

in triduo illud reedificas.s. Sal-
ua temetipsũ. Si fili⁹ dei es: descẽ-
de de cruce.c. Similiter et princi-
pes sacerdotũ/ illudentes ei cũ scri
bis ꝛ senioribus: dicebãt.s. Alios
saluos fecit: seipsum nõ potest sal-
uum facere. Si rex israel est: descẽ
dat nunc de cruce/ et credimus ei.
Confidit in deo: liberet eũ nunc si
uult. Dixit eni: quia fili⁹ dei sum.
c Idipsum autẽ ꝛ latrones qui cru
cifixi erant cum eo: improperabãt
ei. A sexta autẽ hora / tenebre facte
sunt sup vniuersam terrã: vsq ad
horã nonã. Et circa horã nonam:
clamauit iesus voce magna dicẽs.
✠ Heloy: heloy: lamazabathani.c
Hoc est ✠ Deus meus: deus me⁹:
vt qd dereliquisti me? c Quidam
autẽ illic stantes et audiẽtes: dice-
bãt.s Helyã vocat iste.c Et conti-
nuo currẽs vn⁹ ex eis: acceptã spõ-
giã/ impleuit aceto/ et imposuit arũ
dini: et dabat ei bibere. Ceteri ve-
ro dicebãt.s Sine: videam⁹ an ve
niat helyas liberãs eũ. c Jesus au
tẽ iterũ clamãs voce magna: emi-
sit spiritũ. Hic inclinet se diacon⁹/
vel prosternet versus orientẽ: et di
cat priuatim. Pater noster. Aue
maria: et In man⁹ tuas dñe. De-
inde surgat: ꝛ postea residuũ passi
onis legat.c Et ecce velũ tẽpli scis-
sum est in duas partes: a sũmo vs-
q deorsum. Et terra mota est. Et
petre scisse sunt: et monumẽta ap-
ta sunt: et multa corpora sanctorũ
qui dormierãt surrexerunt. Et ex-
euntes de monumentis post resur
rectionẽ eius/ venerũt in sanctã ci
uitatẽ/ et apparuerũt multis. Cen
turio aũt ꝛ qui cũ eo erãt custodiẽ
tes iesũ: viso terremotu et his que
fiebãt: timuerũt valde/ dicentes.s
Uere filius dei erat iste.c Erãt au-
tẽ ibi mulieres multe a lõge: que se
cute erãt iesum a galilea/ ministrã
tes ei. Inter quas erat maria mag
dalene: et maria iacobi: et ioseph
mater: ꝛ mater filiorũ zebedei. Cũ
autẽ sero factũ esset: venit qdã hõ
diues ab arimathia noĩe ioseph: q
et ipse discipul⁹ erat iesu. Hic acces
sit ad pilatum: ꝛ petijt corpus iesu
Tũc pilat⁹ iussit reddi corpus. Et
accepto corpe ioseph: inuoluit illud
in syndone mũda: et posuit illud
in monumẽto suo nouo/ qd excide
rat in petra. Et aduoluit saxũ ma
gnum ad ostiũ monumẽti: ꝛ abijt
Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cu clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incesum in cospectu tuo: eleuatio manuu mearu sacrificiu vespertinu. Pone dne custodia ori meo: et ostiu circustatie labiis meis. Non declines cor meu in verba malicie: ad excusadas excusationes in peccatis. Cu hoib9 operantibus iniquitate: et non comunicabo cu electis eoru. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleu aute peccatoris no ipinguet caput meu. Qm adhuc et oratio mea in beneplacitis eor: absorpti sunt iucti petre iudices eor. Audiet vba mea qm potuerut: sicut crassitudo terre erupta est sup terra. Dissipata sut ossa nostra secus infernu: qa ad te dne dne oculi mei in te speraui no auferas aiam mea. Custodi me a laqueo que statuerut mihi: et a scandalis operantiu iniquitate. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec trasea An. Custodi me a laqo que statuerut michi: et a scandalis opantiu iniquitate. Ps.

Uoce mea ad dnm clamaui voce mea ad dnm depcat9 su Effudo in cspectu eius oratione mea: et tribulatione mea ante ipsu pnucio. In deficiedo ex me spiritu meu: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulaba: absconderunt laqueu michi Cosideraba ad dextera et videba et non erat q cognosceret me. Periit fuga a me: et non est qui requirat anima mea. Clamaui ad te domine: dixi tu es spes mea portio mea in terra viuentium. Intede ad deprecatione mea: quia humiliatus su nimis. Libera me a persequentibus me: qa cofortati sunt super me Educ de custodia aiam mea ad confitendu noi tuo: me expectat iusti donec retribuas mihi. An. Consideraba ad dextera et videba: et non erat qui cognosceret me. Finita hac quinta an. statim incipiatur Antiphona. Cenantibus. Psalmus Canticu beate marie. Luce. i.

Magnificat aia mea dnz Et exultauit sps meus in deo salutari meo. Quia respexit huilitate ancille sue: ecce eni ex hoc bea-

tā me dicēt oēs generatiōes Quia fecit michi magna qui potēs est: & sanctū nomē eius. Et mia eius a pgenie i pgenies: timētib⁹ eū. Fecit potentiā in brachio suo: dispsit supbos mēte cordis sui Deposuit potētes de sede: et exaltauit humiles. Esuriētes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerū suū: recordatus misericordie sue. Sicut locut⁹ est ad patres nostros: abrahā & semini eius in secula. An. Cenantibus autē accepit iesus panē: bñdixit ac fregit / dedit discipulis suis. Repetita an. post Magnificat. dicat sacerdos postcōio. cum Dñs vo. et Oremus: more solito.

Refecti vitalib⁹ alimētis / q̄s dñe deus noster: vt qđ tēpore nostre mortalitatis exequimur: immortalitatis tue munere consequamur. Per dñm Et sic missa & vespere sil' finiant: diacono dicēte Ite missa est / si epus celebret. si vo nō: missa & vespe simul finiant / cū Bñdicamus dño. Propter solēnitatē vero cene: diacon⁹ & subdiaconus / dalmatica & tunica induant: licet eps nō celebrauerit. Post prādiū cōueniāt clerici ad ecclesiā / ad altaria abluēda: & ad mādatū faciendū: & ad cōpletoriū dicēdū. In primis bñdicat aq̄ more solito / extra chorū priuatim. Deinde pparent duo sacerd. excellētiores / cum diacono et subdiacono de scđa forma: & cerofer. de pma forma: q̄ oēs sint albis cū amictis induti: & incipiēt a maiori altare: & abluāt illđ i fundētes vinū et aquā: et interim cantet R. In mōte oliueti. a toto choro corā altari / cum suo V. & dr sine Gl'ia patri. Quo finito: dicit V. et or. de sctō / in cui⁹ honore ɔsecratū est altare: ab excellent. sacerd. modesta voce. Itē sine nota: q̄ terminet sic Per christū: nec pcedat / nec subsequat Dñs vobiscū. sed tātū Oremus / ante orationē. Eodē modo oia altaria i ecclesia abluant cū R. et V. sicut ordinati sūt i pdicta historia: scz. In mōte oliueti. et cū V. et or. de sanctis vt s dictū est. Ita q nullū R. icipiat / nisi tm corā altari: & ibi totū cātabit vt supra diximus. Et semp i extrema ablutiōe: cantet R. Circūdederūt / cū suo V. Et si plura fuerint altaria in ecclesia q R. in pdicta historia: tunc reincipiatur hystoria ordine predicto seruato: sed q R. Circūdederunt / semp vltimo loco cātet Post ablutionē altaris / intret capłm: et diaconus legat euāge. Ante diē festū / sicut ad missā lectū est. deinde dr sermo. Quo finito surgāt duo pdicti sacerd: et incipient a maiorib⁹ / lauāt oim pedes: vnus ex vna pte: et alter ex altera parte chori: et ipsi iuicē sibi lauēt pedes. Et interim cantent hee sequētes an. cum suis pis a toto choro interim sedente.

An. Mandatū nouū. ps. Deus misereatur nostri. tot⁹ ps. dr sine Gl'ia pa. Et post vnū quēq V. repetat ā. Et hoc modo dicunt oēs an. cū suis pis q̄ sequunt. An. Diligam⁹ nos ps. Ecce q bonū. An. In dieb⁹ illis ps Miserere. j. An. Maria ergo. ps. Beati immaculati. An Postq. ps Audite hec oēs gētes. Hee sequentes an. si necesse fuerit cantent: sin

aūt/oīno ꝑtermittant. An. Uos vocatis. An. Si ego dn̄s. An. Ante diem. An. Uenit ad petrum. Peracta ablutione pedū: dicto sermone/ accipiant caritatis potū. Quib⁹ rite peractis: vn⁹ sacerd̄s dicat ꝑces hoc mō.

Suscepim⁹ deus m̄iam tuā. In medio tēpli tui. Tu mādasti. Mandata tua custodiri nimis. Ecce ꝙ bonū ꝛ ꝙ iocūdū. Habitare fratres in vnū. Dn̄e exau. Et cla. Dn̄s vo. Et cū spū. Or̄e⁹.

Adesto q̄s dn̄e officio Or̄o seruitutis nr̄e: ꝛ q̄a tu pedes lauare dignat⁹ es tuis discipulis: ne despicias opa manuū tuarū/ q̄ nobis retinēda mādasti: sed sicut exterioꝛa hic abluunt īqnamēta coꝛpoꝛum: sic a te oīm nr̄oꝛū iterioꝛa mūdent pctā/ qd̄ ipse p̄stare digneris. Qui cū deo p̄re ꝛ spū scō viuis ꝛ regnas de⁹ P. Si vero null⁹ assit clericus sermonē faciēs: ceteris vt ꝓus peractis: post ablutionē pedū dicunt ꝑces ꝑdicte. Deinde legat sequēs euāge. a quodā diacono de scd̄a foꝛma: in suppelt. sine titulo/ bn̄dictiōe pꝛius petita ab executore officij: et legat moꝛe sc. fratrib⁹ interim caritatis potū sumētib⁹: et legat vsq₃ ad illū finē: Surgite eamus hinc. Et ita recedāt. Euā.

¶ Secundū iohānē. xiii. et xiiii.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: nō est seru⁹ maioꝛ dn̄o suo: neq₃ apostolus maioꝛ eo q̄ misit illum. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Nō de oībus vobis dico Ego scio quos elegerim: sed vt adimpleat scriptura. Qui māducat mecū panē: leuabit cōtra me calcaneum suum. Amodo dico vobis pꝛiusq̄ fiat: vt cum factū fuerit credatis/ q̄a ego sum. Amē amē dico vobis: q̄ accipit si quē misero/ me accipit. Qui autē me accipit: accipit eū q̄ me misit. Et cum hec dixisset iesus turbatus est spiritu: ꝛ pꝛotestatus est et dixit. Amē amen dico vobis: q̄a vnus ex vobis me tradet. Aspiciebāt ergo adiuicē discipuli: hesitātes de quo diceret Erat autē recūbēs vnus ex discipulis ei⁹ in sinu iesu: quem diligebat iesus. Innuit ergo huic symō petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Ita q₃ cum recubuisset ille supꝛa pect⁹ iesu: dixit ei. Dn̄e/ q̄s est? Respondit iesus. Ille est/ cui ego intinctū panē poꝛrexero. Et cum itinxisset panē: dedit iude simōis scariothis Et post bucellā/ introiuit in illum sathanas: et dixit ei iesus. Qd̄ facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbētiū: ad q̄d dixerit ei. Quidā aūt putabāt q̄a loculos habebat iudas: q̄ dixisset ei iesus eme ea que nobis opus sūt ad diē festū: aut egenis vt aliq̄d daret. Cum ergo accepisset ille bucellā: exiuit ꝯtinuo. Erat aūt nox. Cū ergo exisset dixit iesus. Nūc clarificat⁹ est fili⁹ hoīs: et deus clarificat⁹ est i eo. Si deus clarificat⁹ est i eo: ꝛ de⁹ clarificabit eū in semetipso. Et cōtinuo clarificauit eū. Filioli adhuc modicū vobiscū sum. Queretis me et sicut dixi iudeis quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico mō. Mādatū nouū do vobis vt diligatis inuicē: sicut dilexi vos vt et vos diligatis īuicē. In hoc cogno

scēt oēs qa discipuli mei estis: si di
lectionē habueritis adiuicē. Dixit
ei symon petrus. Dñe quo vadis?
Respōdit iesus. Quo ego vado nō
potes me mō seq̄: seq̄ris aūt postea
Dixit ei petrus. Quare nō possū te
seq̄ modo? Aiam meā ꝓ te ponā.
Rñdit ei iesꝰ Aiaꝫ tuā ꝓ me pones
Amē amē dico tibi: nō cātabit gal
lus donec ter me negabis. Et ait di
scipulis suis. Nō turbetꝛ corꝫ vestrū
neqꝫ formidet. Creditis ī deū et in
me credite. In domo pr̄is mei mā
siones multe sūt. Si quominꝰ di
xissē vobis: qa vado parare vobis
locū. Et si abiero et ꝑparauero vo
bis locū: iterꝫ veniā et accipiā vos
ad meipsū: vt vbi sū ego et vos si
tis. Et quo ego vado scitis: ⁊ viam
scitis. Dixit ei thomas Dñe: nesci
mus quo vadis. Et quomodo pos
sumꝰ viā scire? Dicit ei iesus. Ego
sum via veritas et vita. Nemo ve
nit ad patrē nisi per me. Si cogno
uissetis me: ⁊ patrē meum vtiqꝫ co
gnouissetis. Et amodo cognosce
tis eū: et vidistis eum. Dicit ei phi
lippus. Dñe ostēde nobis patrē: ⁊
sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tan
to tēporꝫ vobiscū sum: ⁊ nō cogno
uistis me. Philippe qui videt me:
videt et patrē meū. Et quomodo
tu dicis ostēde nobis patrem? Nō
credis quia ego in patre: ⁊ pater in
me est. Verba que ego loquor vo
bis: a meipso nō loquor. Pater au
tē in me manens: ipse facit opera.
Nō creditis qa ego in patre: et pa
ter in me est? Alioquin ꝓpter ope
ra ipsa credite. Amē amen dico vo
bis: qui credit in me opa que ego
facio et ipse faciet. Et maiora horꝫ
faciet/ qa ego ad patrē vado. Et qd
cunqꝫ petieritis patrē in noīe meo
hoc faciā: vt glorificetꝛ pater in fi
lio. Si quid petieritis ī noīe meo:
hoc faciā. Si diligitis me: māda
ta mea seruate. Et ego rogabo pa
trem: ⁊ aliū paraclitū dabit vobis
vt maneat vobiscū in eternū. Spi
ritū veritatis quē mūdus non po
test capere: quia nō videt eum nec
scit eū. Vos autē cognoscetis eum
qa apd vos manebit: ⁊ ī vobis erit
Nō reliquā vos orphanos/ veniā
ad vos: adhuc modicū et mundus
me iā nō videt. Vos aūt videbitis
me qa ego viuo et vos viuetis. In
illo die vos cognoscetis qa ego sū ī
patre meo et vos in me ⁊ ego in vo
bis. Qui habet mādata mea et ser
uat ea: ille est q̄ diligit me. Qui au
tē diligit me: diligetꝛ a patre meo.
Et ego diligā eū: ⁊ manifestabo ei
meipsum. Dicit ei iudas: non ille
scariothis. Dñe qd factū est/ quia
manifestaturus es teipsū nobis/ et
nō mūdo? Respōdit iesus: et dixit
ei. Si qs diligit me: sermonē meū
seruabit. Et pater meꝰ diliget eū:
et ad eū veniemꝰ/ et māsionē apud
eū faciemus. Qui non diligit me:
sermones meos non seruat. Et ser
monē quē audistis nō est meꝰ: sed
eius qui misit me patris. Hec locu
tus sū vobis: apd vos manēs. Pa
raclytꝰ aūt spūs sanctus: quē mit
tet pater in noīe meo: ille vos doce
bit oīa et suggeret vobis oīa q̄cūqꝫ
dixero vobis. Pacē reliquo vobis:
pacē meā do vobis Nō quomodo
mundus dat: ego do vobis. Non

turbet cor vestrum: neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis utique/quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit mihi pater: sic facio. Surgite eamus hinc. ¶ Feria vi. in die parasceues/dicta hora nona: accedat sacerdos ad altare/indutus vestibus sacerdotalibus: in casula rubea/cum diacono et subdiacono: et ceteris ministris altaris: qui omnes sint albis cum amictibus induti sine tunica: dictaque oratione dominica/statim procedat accolitus alba indutus: ad legendum hanc lectionem ad gradum chori sine titulo/hoc modo. Osee. vi.

In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite et revertamur ad dominum: quia ipse cepit/et sanabit nos: percutiet/et curabit nos. Vivificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: et vivemus in conspectu eius. Sciemus/sequemurque ut cognoscamus dominum. Quasi diluculum preparatus est egressus eius: et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi effraim? Quid faciam tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolavi in prophetis et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredientur. Quia misericordiam volui et non sacrificium: et scientiam dei: plusquam olocausta. Chorus alternatim dicat tractum se.

Domine audivi auditum tuum et timui: consideravi opera tua et expavi. In medio duum animalium innotesceris: dum appropinquaverint anni cognosceris: dum advenerit tempus ostenderis. In eo dum conturbata fuerit anima mea: in ira misericordie memor eris. Deus a libano veniet: et sanctus de monte umbroso et condenso. Operuit celos maiestas eius: et laudis eius plena est terra. Sequatur oratio/sine Dominus vobiscum: sed tantum cum Oremus: et Flectamus genua. Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reatus sui penam: et confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propitiationis effectum: ut sicut in passione sua iesus christus dominus noster diversa utrisque intulit stipendia meritorum: ita nobis ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per. Subdiaconus legat hanc lectionem ad gradum chori/sine titulo hoc modo. Exodi. xii.

Dixit dominus ad moysen et aaron in terra egypti. Mensis iste vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cetum filiorum israel et dicite eis. Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum per familias/ac domos suas. Sin autem minor est numerus/ut sufficere possit ad vescendum agnum: assumat vicinum suum qui coniunctus est domui eius iuxta numerum animarum que sufficere possint ad esum agni. Erit enim agnus absque macula: masculus anniculus. Iuxta quem ritum/tolletis et hedum: et servabitis eum usque ad quartamdecimam diem

mẽsis hui⁹. Immolabitq3 eũ vniuersa multitudo filioꝝ israel ad vesperũ: sumẽtq3 de sanguine agni/ ac ponẽt sup vtrũq3 postẽ: ⁊ in sup liminaribus domoꝝ/in q̃bus comedẽt illũ. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cũ lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudũ q̃d: nec coctũ aqua: sed assũ tãtũ igni. Caput cũ pedibus eius et intestinis vorabitis: et os eius nõ ꝯfringetis: nec remanebit quicq̃ ex eo vsq3 mane. Si q̃d residuũ fuerit: igne cõburet̃. Sic aũt comedetis illũ. Renes vestros accingetis: et calciamenta habebitis in pedibus: tenẽtes baculos in manibus. Et comedetis festinãter Est eñi phase: idest transitus dñi. Choꝝ⁹ alternatim dicat tractũ se.

Eripe me dñe ab hoĩe malo: a viro iniquo libera me. Qui cogitauerunt malicias in corde: tota die constituebant prelia. Acuerunt linguã suam sicut serpentes: venenũ aspidũ sub labiis eoꝝ. Custodi me dñe de manu peccatoris: et ab hoĩbus iniquis libera me. Qui cogitauerunt supplãtare gressus meos: abscõderũt superbi laqueũ mihi. Et funes extenderũt in laqueum pedibus meis: iuxta iter scãdalum posuerunt mihi. Dixi dño deus me⁹ es tu: exaudi dñe vocẽ orationis mee. Dñe dñe virtus salutis mee: obũbrasti caput meũ in die belli. Ne tradas me a desiderio meo peccatori: cogitauerũt aduersum me ne derelinquas me/ne vnq̃ exaltentur. Caput circuitus eoꝝ: labor labioꝝ ipsoꝝ operiet eos. Verũtamen iusti cõfitebunt̃ noĩ tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo. Sequatur passio sine Dñs vobiscũ: ⁊ sine titulo hoc modo incipiendo. Johãnis. xviij. c.

Egressus est iesus cũ discipulis suis trãs torrentẽ cedron vbi erat ortus: in quẽ itroiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autẽ ⁊ iudas q̃ tradebat eũ locũ: q̃a frequẽter iesus cõuenerat illuc cũ discipulis suis. Judas ergo cũ accepisset cohortẽ/ et a põtificibus et phariseis ministros: venit illuc cũ laternis ⁊ facibus et armis. Jesus itaq3 sciẽs oĩa que vẽtura erãt sup eũ: ꝓcessit et dixit eis. ✠ Quẽ q̃ritis? c Respõderũt ei. s Jesũ nazarenũ. c Dicit eis iesus. ✠ Ego sũ. c Stabat aũt et iudas qui tradebat eũ/ cũ ipsis. Ut ergo dixit eis ego sũ: abierũt retrorsum ⁊ ceciderũt in terrã. Iterũ ergo iterrogauit eos. ✠ Quẽ queritis? c Illi autẽ dixerũt. s Jesũ nazarenũ. c Respõdit iesus. ✠ Dixi vobis q̃a ego sum. Si ergo me q̃ritis: sinite hos abire. c Ut impleret̃ sermo quẽ dixit: quia quos dedisti michi: non perdidi ex eis quenq̃. Symon ergo petrus habens gladiũ eduxit eum: et percussit põtificis seruũ: et abscidit auriculã eius dextrã. Erat autem nomen seruo malchus. Dixit ergo iesus petro. ✠ Mitte gladiũ tuũ in vaginam. Calicẽ quẽ dedit mihi pater: non vis vt bibã illũ? c Cohors ergo et tribunus et ministri iudeoꝝ ꝯprehenderũt iesũ ⁊ ligauerũt eũ: ⁊ adduxerũt eũ ad annã ꝑmũ. Erat eñi socer caiphe qui erat põtifex anni illius. Erat autẽ cayphas qui consiliũ dederat iudeis: quia expedit vnũ hoĩem mori pro popnlo. Sequebat̃ autẽ iesum symõ petrus:

et alius discipulus. Discipulus au
tē ille erat notus pōtifici: et introi-
uit cū iesu in atriū pontificis. Pe-
trus autē stabat ad ostiū foris. Exi
uit ergo discipulus alius qui erat
notus pōtifici: ⁊ dixit ostiarie: ⁊ in
troduxit petrū. Dixit ergo petro
ancilla ostiaria. s Nūquid et tu ex
discipulis es hoīs istius? c Dicit il-
le. s Nō sum. c Stabāt aūt serui ⁊
ministri ad prunas: q̄a frig⁹ erat:
et calefaciebāt se. Erat aūt cū eis ⁊
petrus stās et calefaciēs se. Ponti-
fex ergo iterrogauit iesum de disci
pulis suis: et de doctrina eius. Re-
spōdit ei iesus. ✠ Ego palā locut⁹
sum mūdo. Et semp docui i syna-
goga et in tēplo quo oēs iudei con
ueniūt: ⁊ in occulto locut⁹ sum ni-
chil. Quid me iterrogas? Interro
ga eos q̄ audierūt: q̄d locut⁹ sū ip-
sis. Ecce hi sciūt que dixerim ego c
Hec aūt cū dixisset: vn⁹ assistēs mi
nistrorū: dedit alapā iesu dicens. s
Sic respōdēs pontifici? c Rūdit ei
iesus. ✠ Si male locut⁹ sū: testio-
niū phibe de malo. Si aūt bn̄: q̄d
me cedis? c Et misit eū annas liga
tū ad cayphā pontificē. Erat autē
symon petrus stās: et calefaciēs se.
Dixerūt ergo ei. s Nunq̄d et tu ex
discipulis eius es? c Negauit ille et
dixit. s Nō sum. c Dixit ei vnus ex
seruis pōtificis: cognatus eius cu-
ius abscidit petrus auriculā. s Nō
ne ego te vidi in orto cū illo? c Ite-
rū ergo negauit petrus: et statim
gallus cantauit. Adducūt ergo ie-
sū a caypha in pretoriū. Erat autē
mane. Et ipsi nō introierūt in p̄to
riū vt nō ꝯtaminarent̄: sed vt mā-
ducarēt pasca. Exiuit ergo pilatus
ad eos foras et dixit. s Quā accusa
tionē affertis aduersus hoīem hūc?
c Respōderūt ⁊ dixerūt ei. s Si nō
esset hic malefactor: non tibi tradi
dissemus eū. c Dixit ergo eis pila-
tus. s Accipite eū vos: et secundū
legē vestrā iudicate eū. c Dixerunt
ergo ei iudei. s Nobis non licet in
terficere quēq̄. c Ut sermo iesu im
pleret̄ quē dixit: significās q̄ mor-
te esset moriturus. Introiuit ergo
iterū in pretoriū pilat⁹: et vocauit
iesū et dixit ei. s Tu es rex iudeorū?
c Rūdit iesus. ✠ A temetipso hoc
dicis: an alij dixerunt tibi de me? c
Rūdit pilatus. s Nūq̄d ego iude⁹
sū? Gēs tua ⁊ pōtifices tradiderūt
te mihi. Quid fecisti? c Respondit
iesus. ✠ Regnū meū nō est de hoc
mundo. Si ex hoc mundo esset re-
gnū meū: ministri mei vtiq̄ decer
tarēt / vt nō traderer iudeis. Nunc
aūt regnū meū nō est hinc. c Dixit
itaq̄ ei pilatus. s Ergo rex es tu?
Respōdit iesus. ✠ Tu dicis: q̄a rex
sū ego. Ego in hoc nat⁹ sum / et ad
hoc veni in mūdū: vt testimoniū
phibeā veritati. Ois q̄ est ex verita
te: audit vocē meā. c Dicit ei pila-
tus. s Quid est veritas? c Et cū hoc
dixisset: iterum exiuit ad iudeos: ⁊
dixit eis. s Ego nullā iuenio in eo
causā. Est autē cōsuetudo vobis:
vt vnum dimittā vobis in pasca.
Uultis ergo dimittā vobis regem
iudeorū? c Clamauerunt rursū oēs
dicētes. s Nō hunc / sed barrabam.
c Erat autē barrabas latro. Tunc
ergo apprehendit pilatus iesum:
et flagellauit. Et milites plecten-

tes coronā de spinis imposuerunt
capiti ei⁹/ ⁊ veste purpurea circūde
derunt eū: ⁊ veniebāt ad eū et dice
bāt. s Aue rex iudeoꝝ. s Et dabāt
ei alapas. Exiuit iterū pilatus fo-
ras: ⁊ dixit eis. s Ecce adduco eum
vobis foras. vt cognoscatis quia
nullā īuenio ī eo causā. c Exiuit er
go iesus portans spineā coronā: et
purpureū vestimentū. Et dixit eis
pilatus. s Ecce hō. c Cum ergo vi-
dissent eū pōtifices et ministri: cla
mabāt dicētes. s Crucifige crucifi
ge eum. c Dixit ei pilatus. s Acci-
pite eū vos et crucifigite. Ego enī
nō īuenio in eo causā. c Responde
runt ei iudei. s. Nos legē habem⁹
et secundum legē debet mori: quia
filiū dei se fecit. c Cum ergo audis
set pilatus hūc sermonē: magis ti-
muit. Et ingressus est pretoriū ite
rū: ⁊ dixit ad iesum. s Unde es tu?
c Jesus autē respōsum nō dedit ei.
Dicit ergo ei pilatus. s Mihi non
loq̄ris? Nescis q̄a potestatē habeo
crucifigere te: et potestatem habeo
dimittere te? c Respōdit iesus. ✠.
Non haberes potestatē aduersum
me vllam: nisi tibi datū esset desu-
per. Propterea qui tradidit me ti-
bi: maius peccatū habet. c Et exin
de q̄rebat pilat⁹: dimittere eū. Ju
dei autem clamabāt dicētes. s Si
hūc dimittis: nō es amicus cesaris.
Oīs enī qui se regē facit: contradi-
cit cesari. c Pilatus ergo cū audis-
set hos sermones/ adduxit foras ie
sum: et sedit pro tribunali/ ī loco q̄
dicit̄ licostratos: hebraice autē ga-
batha. Erat autē parasceue pasce
hora q̄si sexta ⁊ dixit iudeis. s Ecce
rex vester. c Illi autē clamabant. s
Tolle tolle crucifige eū. c Dixit eis
pilatus. s Regē vestrū crucifigā? c
Respōderūt pōtifices. s Nō habe-
mus regē/ nisi cesarē. c Tunc ergo
tradidit eis illū: vt crucifigeretur.
Susceperūt autē iesū: et eduxerūt.
Et baiulās sibi crucē: exiuit ī eum
q̄ dicit̄ caluarie locū/ hebraice autē
golgotha vbi crucifixerunt eū. Et
cū eo alios duos hic et hinc: mediū
autē iesum. Scripsit autē ⁊ titulū
pilat⁹: et posuit sup crucē. Erat au
tē scriptū. Jesus nazarenus rex iu
deoꝝ. Hunc ergo titulū multi lege
runt iudeoꝝ: q̄a ꝓpe ciuitatē erat
loc⁹ vbi crucifixus est iesus Et erat
scriptum: hebraice/ grece/ et latine.
Dicebāt ergo pilato: pōtifices iu-
deoꝝ. s Noli scribere rex iudeorū:
sed q̄a ipse dixit rex sum iudeoꝝ. c.
Respōdit pilatus. s Quod scripsi
scripsi. c Milites ergo cū crucifixis
sent eū: acceperunt vestimēta ei⁹ et
fecerūt quattuor partes: vnicuiq̄
militi partē ⁊ tunicā. Erat autē tu
nica incōsultilis desup cōtexta per
totū. Dixerunt ergo ad inuicem. s
Non scindam⁹ eā: sed sortiamur
de illa cuius sit. c Ut scriptura im-
pleret̄ dicēs. Partiti sūt vestimēta
mea sibi. ¶ Hic accedāt duo mini
stri in suppellicijs: vn⁹ ad dextrū/
et alius ad sinistrū cornu altaris:
et inde duo lintheamina āmoue-
ant: que ad hoc sup altare fuerunt
apposita. Et in vestē meā miserunt
sortē. Et milites quidē hec fecerūt.
Stabāt āt iuxta crucē iesu mater
eius et soror matris ei⁹ maria cleo
phe et maria magdalene. Cum vi

dixisset ergo iesus matrem et discipulum stantē quē diligebat/dixit matri sue. ✠. Mulier ecce filius tuus. ¶ Deinde dixit discipulo ✠. Ecce mater tua. ¶ Et ex illa hora accepit eā discipulus in suā. Postea sciēs iesus qa iā oia ꝯsūmata sūt: vt cōsūmaret scriptura dixit ✠ Sitio. ¶ Uas ergo positum erat/aceto plenū. Illi aūt spōgiā plenā aceto ysopo circūponētes: obtulerūt ori eius. Cū ergo accepisset iesus acetū: dixit ✠ Cōsūmatū est. ¶ Et inclinato capite: tradidit spiritū. Sequatur Pater noster. Aue maria. In manus tuas. ¶ Judei ergo qm̄ parasceue erat: vt nō remanerēt i cruce corpa sabbato: erat eni magnus dies ille sabbati: rogauerūt pilatū vt frangerent eorū crura/et tollerent. Uenerūt ergo milites: et p̄mi quidē fregerūt crura: et alterius q̄ crucifixus est cū eo. Ad iesum autē cū venissent vt viderēt eū iā mortuū nō fregerūt eius crura: sed vnus militū lācea latus eius aperuit: et cōtinuo exiuit sāguis et aqua. Et qui vidit/testimoniū phibuit: et verū est testimoniū eius. Et ille scit qa vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt eni hec: vt scriptura impleret. Os nō cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. Uidebūt i quē transfixerunt. Euangelium.

Post hec autē rogauit pilatū ioseph ab arimathia eo q̄ esset discipulus iesu: occultus autem propter metū iudeorū/vt tolleret corpus iesu. Et permisit pilatus. Uenit ergo: et tulit corpus iesu. Uenit autē et nichodemus/qui venerat ad iesū nocte primū: ferēs mixturā mirrhe et aloes q̄si libras cētū. Acceperūt aūt corpus iesu: et ligauerunt eum lintheis cum aromatibus: sicut mos iudeis est sepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus est ortus: et in orto monumentum nouū: in quo nōdum quisq̄ positus erat. Ibi ergo propter parasceuē iudeorum: quia iuxta erat monumentū: posuerunt iesum.

Sequunt orationes solēnes: et ad vnāq̄q̄ illarū dr̄ Flectamus genua: nisi ad eā qua orat p̄ iudeis. Oro

Oremus dilectissimi nobis in primis pro ecclesia sctā dei: vt eā deus et dn̄s nr̄ pacificare/et custodire dignetur toto orbe terrarū/subijciēs ei principatus et potestates: detq̄ nobis quietā et tranquillam vitā degētibus glorificare deum patrē oīpotentē. Deinde dicat sacerdos. Oremus. Deinde dicat diaconus Flectamus genua le. Oro.

Omnipotēs sēpiterne deus: q̄ gloriā tuā oibus in christo gētibus reuelasti: custodi q̄s opa mie tue: vt ecclesia tua toto orbe diffusa: stabili fide in confessione tui nois perseueret. Per eundē dn̄m.

Chorus respōdeat Amē: et oēs orōnes finiant sub tono p̄dicto. Oro.

Oremus et pro beatissimo papa nostro N. vt deus et dn̄s noster q̄ elegit eū in ordine episcopatus: saluum atq̄ incolumen custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populū sanctū dei. Oremus Flectamus genua leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: cuius iudicio vniuersa fundan

tur: respice propicius ad preces nostras: et electū nobis antistitē tua pietate conserua: vt christiana plebs que tali gubernatur auctore: sub tāto pōtifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dn̄m. Oratio

Oremus et pro oībus episcopis/ p̄sbyteris/ diaconibus/ subdiaconib9/ accolitis/ exorcistis/ lectoribus/ hostiariis/ cōfessorib9/ virginib9/ viduis: et p oī pplo scō dei. Orē9 Flectam9 genua le. Orō

Omnipotens sēpiterne deus: cuius spiritu totū corp9 ecclesie sāctificatur et regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicātes: vt gratie tue munere ab oīb9 tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dn̄m. In vnitate eiusdē. Oratio.

Orem9 et pro christianissimo rege nostro N. vt de9 et dn̄s nr̄/ subditas illi faciat oēs barbaras natiōes: ad nostrā ppetuā pacē. Oremus Flectam9 ge. le. Orō

Omnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt oīm potestates/ et oīm iura regnorū: respice ad christianorū benignus imperiū: vt gentes que in sua feritate confidunt: potētie tue dextera comprimantur. Per dominū. Oratio

Oremus et pro cathecuminis nr̄is: vt de9 et dn̄s nr̄ adaperiat aures p̄cordiorū ipsorū: ianuāq3 mie sue: vt per lauacrū regenerationis accepta remissiōe oīm peccatorū: et ipsi digni inueniantur in christo iesu dn̄o nostro. Oremus Flecta mus genua leuate. Orō.

Omnipotens sēpiterne de9 qui ecclesiā tuā noua semp ple fecundas: auge fidē et intellectū cathecuminis nostris: vt renati fonte baptismatis: adoptionis tue filiis aggregentur. Per dn̄m. Oratio.

Oremus dilectissi nobis deū patrē oīpotētē: vt cūctis mūdū purget erroribus: morbos auferat/ famem depellat/ aperiat carceres/ vincula dissoluat/ peregrinātibus reditū/ īfirmātib9 sanitatē/ nauigātibus portū salutis īdulgeat. Orē9. Flectamus genua le. Orō.

Omnipotens sempiterne de9: mestorū cōsolatio/ laborātiū fortitudo/ pueniāt ad te preces de q̄cūq3 tribulatione clamātiū: vt oēs sibi in necessitatib9 suis: miam tuā gaudeāt affuisse. Per. Oratio.

Oremus et pro hereticis et scismaticis vt de9 et dn̄s nr̄ iesus christ9 eruat eos ab erroribus vniuersis: et ad sanctā matrē ecclesiā catholicā atq3 apostolicā reuocare dignetur. Orē9 Flectamus ge. Orō

Omnipotens sempiterne deus: qui saluas oēs hoīes: et neminē vis perire: respice ad aīas diabolica fraude deceptas: vt oī heretica prauitate deposita: errantium corda resipiscāt et ad veritatis tue redeant vnitatē. Per dn̄m. Oratio.

Oremus et pro pfidis iudeis vt deus et dn̄s nr̄ auferat velamē de cordib9 eorū: vt et ipsi agnoscāt iesū xp̄m dn̄m nostrū. Orē9.

Nō dr̄ hic Flectamus genua Orō

Omnipotens sempiterne de9 qui etiam iudaicam perfidiā a tua mia non repellis: exaudi preces nostras quas pro illi9 populi obcecatione deferimus: vt agnita verita=

tis tue luce que christus est a suis te nebris eruatur. Per eundem dominum. Oro

OREmus et pro paganis: ut deus omnipotens auferat iniquitatem de cordibus eorum: ut relictis idolis suis/conuertantur ad deum viuum et verum: et unicum filium eius iesum christum/deum et dominum nostrum: cum quo viuit et regnat cum spiritu sancto deus. Per omnia secula seculorum. Oremus. Flectamus genua leuate. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui non vis mortem peccatorum: sed vitam semper inquiris: suscipe propicius orationem nostram: et libera eos ab idolorum cultura: et aggrega ecclesie tue sancte/ad laudem et gloriam nominis tui. Per do. ¶ Finitis orationibus: exuat sacerdos casulam et in sede sua iuxta altare se reponat cum diacono et subdiacono: et iterim alii duo presbyteri de superiori gradu/nudatis pedibus albis induti absque paruris/tenentes crucem coopertam super brachia solenniter iter eos retro magnum altare in dextera parte: canant hos V. Popnle meus. Duo diaconi de secunda forma/in cappis suis nigris: ad gradum chori ad altare conuersi dicant. Agyos. Chorus respondeat cum genuflexione: osculando formulas tribus vicibus in una responsione: unaquaque vice resurgendo Sanctus deus. Sacerdotes vero tenentes crucem retro altare: et diaconi ad gradum chori dicant Agyos: semper sint stantes. Item sacerd. loco non mutato: dicant. V. Quia eduxi. Diaconi. Agyos. Chorus Sanctus deus. Item sacerdotes loco non mutato dicant versus. Quid ultra. Diaconi. Agyos. Chorus. Sanctus deus. Deinde sacerdotes discooperientes crucem iuxta altare in dextera parte: canant hanc an. Ecce lignum. Chorus cum genuflexione osculando formulas/respondeat an. Crucem tuam. psalmus. Deus misereatur. Totus psalmus dicatur sine Gloria patria toto choro: et post unumquemque V. repetatur an. similiter a toto choro cum genuflexione: et interim deponatur crux solenniter super tertium gradum ab altari: iuxta quam sedeant predicti sacerdotes: unus a dextris/et alius a sinistris. Deinde procedant clerici ad crucem adorandam nudatis pedibus: incipientes a maioribus Finito psalmo cum an. cantetur sequens hymnus a duobus sacerdotibus interim sedentibus iuxta crucem modo supradicto. Hymnus. Crux fidelis. Chorus eundem repetat post unumquemque versum interim sedendo. Item sacerdotes dicant Pange lingua. V. De parentis. V. Hoc opus. V. Quando venit. V. Lustra sex. V. Hic acetum V. Flecte ramos. V. Sola digna. V. Gloria et honor. His finitis: deportetur crux per medium chori a predictis duobus sacerdotibus ubi a populo adoretur/ante aliquod altare: et iterim cantetur hec sequens an. in choro cum suo. V. a toto choro interim sedente. Cantor incipit an. Dum fabricator. V. O admirabile. Aperto. Adorata cruce: et finita antiphona predicta cum suo V. predicti sacerdotes ea reuerentia qua crucem antea exportauerunt: per medium chori usque ad summum altare iterum reportent. Tunc veniant omnes clerici de choro ad altare: et reinduat sacerdos casulam quam prius exuerat: et accedat ad gradum

altaris cū diacono et subdiacono/ et dicat. **Cōfiteor**: et **Misereat**: et **Absolutionē**. cū pcibus et or. **Au fer a nobis dn̄e**/ more solito: tamē hic nō dr̄ osculū pacis. Deinde sa crificio super altare more solito de posito ꝛ icēsato cū aq̄ et vini īfusio ne in calicē: scʒ post ablutionē ma nuū: dicat cū hūiliatiōe corā alta. **In spiritu hūilitatis**/osculādo al tare et bn̄dicendo sacrificiū/et ver tat se dicendo. **Orate fratres** more solito. Postea dicat stati hūili vo ce sine nota. **Orē**. **Preceptis salu tari**. cum orō. dn̄icali scʒ **Pater nr̄** Chorus rn̄deat. **Sed libera nos**. Deīde dicat **Libera nos q̄s**. et **Da ppicius**. In q̄ orōe dn̄ dicit **Per eūd** frāgat corp⁹ dn̄i sicut solet fieri ce teris dieb⁹. Deinde dicat modesta voce: videlʒ sine nota. **Per oīa secla seclor**. Chorus respōdeat. **Amen**. Postea dimittat ī calicē sicut solet partē hostie. Non dicit **Pax dn̄i**/ nec **Agn⁹ dei**/nec pax dr̄: sed stati cōicet se sacerdos dicendo **Corpus dn̄i** ꝛc. Ad corpus et sanguinem.

Corpus ꝛ sāguis dn̄i nr̄i iesu xp̄i custodiat nos in vitā eternā Amē nulla pcedēte oratiōe Deinde post lotionem manuū dicant vesperas nō cantādo: sed bini et bini puati corā altari hoc modo An. **Calicem**. ps. **Credidi ppter**. ꝛ cetere an. cū suis p̄is sicut in die cene An. **Cenāti bus**. ps. **Magnificat**. Deinde stan do dicit **Pater noster**. cū p̄o **Mise rere**. Quo finito: dicat sacerdos in audiētia sed sine nota postcō. sine **Dn̄s vobiscum**: et sine **Oremus**. Hoc modo incipiēs. **Respice q̄s do mine sup hāc famil**. sine **Qui tecū** et sic missa ꝛ vespe sil finiāt Nō dr̄ **Dn̄s vobiscū**/nec **Benedicamus domino**/nec **Ite missa est**. Finitis vesperis exuat sacerdos casulam: et assumēs secū vnū de platis in su pellicijs ambor pedibus nudatis reponat crucē in sepulchrū pariter cū corpore dn̄ico: scʒ in pixide: inci piens ipse solus ℟. **Estimatus sum**. genua flectēdo cū suo socio: quo in cepto stati surgāt: silr̄ fiat in ℟ **Sepulto dn̄o**. Chorus prosequatur cum suo ℣. genuflectendo cōtinue vsqꝫ in finē seruitij. Deinde incen sato sepulcro et clauso ostio incipi at idem sacerdos ℟. **Sepulto**. Cho rus cantet cū suo ℣. Ad istas tres an. genuflectent duo p̄dicti sacer dotes cōtinue: sacerd̄ incipiat an. **In pace**. Chorus psequatur. **In id ipsū** Itē sacerd̄. An. **In pace fact⁹ est**. Cho. pseq̄r **Locus eius** Itē sacer. ā **Caro mea**. Chorus psequar. **Requies cet in spe**. His finitis ꝛ dictis oratio nibus ad placitū secrete ab oībus cū genuflexione: oībus alijs ad li bitū recedētib⁹ ordine nō seruato reinduat sacerdos casulā eodē or dine quo accessit in pncipio serui tij cum diacono/et subdiacono: et ceteris ministris altaris abscedat. Exinde ardebit cōtinue vn⁹ cereus ad minus ante sepulcrū vsqꝫ ad p cessionē que fit in resurrectione do minica in die pasce: ita tamē q̄ dū ps. **Benedictus** canit̄ et cetera que sequunt̄ in seq̄nti nocte extingua tur. Similiter extinguat̄ in vigi lia pasce dū benedicit̄ nou⁹ ignis/ vsqꝫ dū accēdatur cereus pascalis

xxxvj. pedes cõtinẽs in lõgitudine

SAbbato sctõ i vigilia pasce ꝯgregatis clericis in cho. dictaqꝫ hora nona primo fiat benedictio ignis ab executore officij indu to vestib⁹ sacerd. cũ capa serica: diacon⁹ dalmatica et subdiaco. tunica iduant cũ ceteris ministris altaris albis cũ amictis idutis sine lumine: cũ cereis et sñ cruce ⁊ sñ igne in thuribulo. Quidã etiã de pma forma i supellicijs: cereũ extinctũ sup hastã quãdã deferẽs ⁊ pcessio. pcedẽs post portitorẽ aq̃ bñdicte p mediũ chori ad nouũ ignẽ bñdicẽdũ pcessionalit eat: choro seq̃n. habitu nõ mutato ⁊ ad colũnã ex pte australi iuxta fontẽ vbi sacerd. executor officij ignẽ bñdicat qui accẽdat ibidẽ: scꝫ in medio inter duas colũnas In eundo vero dr iste ps. Dñs illuminatio/sine nota ⁊ sine Glia pa. Hoc modo fiat statio ad ignẽ sacerd. iuxta ignẽ stet ad oriẽtem conuersus: et ad sinistrũ eius stet diaco. subdia. vero ad sinistrũ diaco. Ceroferarius vn⁹ stet sacerd oppositus ad dexteram ceroferarij puer tenens librũ primior sacerd. Alius autẽ ceroferari⁹ stet retro sacerd. Ad dexteram eiusdẽ ceroferarij: stet portitor aque proximior sacerd. Et vltio loco retro oẽs a pte occid: stet portior haste cum cereo. Et ex parte ignis australi stet thuribularius ad accipiendũ ignẽ in thuribulari post bñdict. Omnib⁹ istis ministris ad sacerd. cõuersis interim choro circũstãte: videlicꝫ ex parte boreali. Sequat bñdictio ignis solẽniter a sacerd. ita dicẽte

Dñs vo. et Oremus. Oratio.

DOmine deus noster pater oĩs: lumẽ indeficiẽs: cõditor oĩm luminũ: exaudi nos famulos tuos: et bene ✠ dic hũc ignẽ: q̃ tua sanctificatiõe ac benedictione cõsecrat. tu illuminãs oẽm hoiem venientẽ in hunc mũdũ: illumina conscientias cordis nostri igne tue caritatis: vt tuo igne igniti: tuo lumine illuminati: expulsis a cordibus nostris peccatorũ tenebris: ad vitã te illustrãte peruenire mereamur eternã: ⁊ sicut illũinasti ignẽ moysi famulo tuo p colũnã ignis ambulantẽ in mari rubro: ita illustra nostrũ lumẽ: et candela que de eo fuerit accensa/in honore maiestatis tue/ semp perseueret benedicta: et quicũqꝫ lumẽ ex eo portauerit: sit illuminatus lumine gratie spiritalis. Per dñm nostrum. Et oes oratiões dicunt cũ Orem⁹ sub tono lectionis. Hic aspergat aqua benedicta sup ignẽ deinde dicitur Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

DOmine sancte pater oĩpotẽs eterne deus bene ✠ dicere et sãcti ✠ ficare digneris istum ignẽ quẽ nos indigni per inuocationẽ vnigeniti filij tui dñi nostri iesu christi bene ✠ dicere psumim⁹: tu clemẽtissime pater eũ tua bene ✠ dictione sanctifica: et ad pfectũ humani generis puenire concede. Per eundẽ christũ dñm. Oratio.

CElesti lumine q̃s dñe semp hic et vbiqꝫ nos preueni: vt misteriũ cui⁹ nos pticipes esse voluisti: ⁊ puro cernamus intuitu: et digno pcipiamus effectu. Per do.

¶ Sequatur benedictio thimiamatis siue incensi hoc modo.

Exorciso te immūdissime spiritus ꝫ oē fātasma inimici i noīe dei patris oīpotētis et in noīe iesu xp̄i filij eius et in virtute sp̄us scti vt exeas ꝫ recedas ab hac creatura thimiamatis siue incēsi cū oī fallacia atq̄ neq̄cia tua: vt sit hec creatura sācti ✠ ficata in nomine dn̄i nr̄i iesu xp̄i vt oēs gustātes tāgētes siue odorātes eā virtutē ꝫ auxiliū percipiāt sp̄us scti ita vt vbicunq̄ hoc incēsum vel thimiama fuerit/ibidē nullaten⁹ appropinq̄re audeas: nec aduersa inferre presumas: sed q̄cunq̄ sp̄us immunde es cū oī versutia tua ꝓcul inde fugias atq̄ discedas adiuratus ꝑ nomen et virtutē dei patris oīpotentis et filij ei⁹ dn̄i nostri iesu christi qui venturus est in spiritu sancto iudicare viuos et mortuos ꝫ te preuaricatorē et seculum per ignem. Respondeat Amen. Orem⁹ Oro



Eternā ac iustissimā pietatē tuā deprecamur dn̄e sctē pater oīpotens eterne deus: vt benedi ✠ cere et sācti ✠ ficare digneris hanc thimiamatis vel incensi speciem vt sit incensum maiestati tue in odorē suauitatis acceptum: sit a te species hec bene ✠ dicta: sit per inuocationē sancti noīs tui sancti ✠ ficata: ita vt vbicūq̄ fumus ei⁹ peruenerit extricet et effuget oēm genus demoniorū sicut incensum iecoris piscis quē raphael archangelus thobiam famulū tuum docuit cū ascēdit ad sare liberationē. Per xp̄m. Oremus. Oratio.

Descēdat bn̄ ✠ dictio tua domine sup hāc speciē incensi et thimiamatis/sicut i illo de quo dauid ꝓpheta tuus cecinit dicens. Dirigat oro mea sicut incensū in cōspectu tuo: sit nobis odor ꝯsolatiōis suauitatis et gratie: vt fumo isto effuget omne fātasma inimici mētis et corporis: vt simus pauli ap̄li voce bonus odor deo: effugiat a facie incensi huius siue thimiamatis oīs demonū incursus: sicut puluis a facie vēti: et sicut fumus a facie ignis: et p̄sta hoc pijssime pater boni odoris incēsum ad opus eccl̄ie tue ob causam religionis iugiter permanere: vt mistica nobis significatiōe spiritualiū virtutū: fragrans ostēdat odor suauitatē: tua ergo q̄s oīs de⁹ immēsa maiestatis tue dextera hāc creaturā bene ✠ dicere ex diuersarū rerū cōmixtione cōfectā dignare: vt in virtute scti noīs tui: oēs immūdorū spirituū fātasticos incursus effugare oēsq̄ morbos reddita sanitate expellere: vt vbicūq̄ fum⁹ aromatum ei⁹ efflauerit mirabiliter possit: atq̄ in odore fragrātissimo tibi ꝑpetua suauitate redolere. Per dn̄m nr̄m. Post bn̄dictionē incensi ipleat thuribulū de carbonibus cum incēso ꝫ incenset nou⁹ ignis. Postea accēdat sol⁹ cereus sup hastā de nouo igne: ceteris luminaribus eccl̄ie prius extinctis/et deferat in ꝓcessione ad locū vbi cereus pascalis bn̄dict⁹ est. Deinde redeat ꝓcessio more solito in chorū. In redeūdo autē duo clerici de scd̄a forma in supellicijs canant Inuen-



tor rutili. Chorus idē repetat post vnūquēq; ℣. Deinde sequatur benedictio cerei pascalis ab ipso diacono induto ad processionē ad borealē cuerso ad gradū presbyterii: ceroferar. diacono assistētib⁹: vno a dextris/ reliquo a sinistris ad eū conuersis: cereis extinctis: subdiaco. vero stet ei opposit⁹: iuxta quē stet portitor haste: eodē modo conuersus post diaconū stet thuribular. Diacono canente.


Exultet iā angelica turba celorū exultēt diuina mysteria et p tanti regis victoria: tuba itonet sa lu taris. Gau deat se tellus tātis irradiata fulgorib⁹ et eterni reg⁹ splēdore illustrata: totius orbis se sentiat amisisse ca liginē. Letetur et mater ecclesia tāti luīs adornata fulgorib⁹ et magnis pplorū vocib⁹: hec au la resul tet. Quapropter astātib⁹ vobis frēs carissimi: ad tā mirā scti hui⁹ luīs claritatē vna mecū q̄so dei oipotētis misericordiā inuoca te. Ut qui me nō meis meritis itra leuitar numerū aggregare


dignat⁹ est luīs sui grā infūdēte


cere ī huius laudē imple re pfi=

ciat. Per dominū nostrū iesū

xp̄m filium suū q̄ cū eo viuit et

regnat deus in vnitate spūs scti.


PEr omnia secula seculorū:

Amē. Dn̄s vobiscū Et cū spiritu

tuo. Sursum corda. Habemus



ad dominū. Gratias agam⁹ do

mino deo nr̄o. Dignū et iustū ē


VEre q̄a dignū et iustū est

inuisibilē deū oīpotētē patrē fili=

umq̄ ei⁹ vnigenitū dn̄m nr̄m ie

sum xp̄m cū sctō spiritu toto cor=


dis ac mētis affectu et vocis mini

sterio psonare. Qui p nobis

eterno prī ade debitū soluit et ve=

teris piaculi cautionē pio cruore

detersit. Hec sunt enī festa pa

scalia in q̄b⁹ ver⁹ il le agnus occi=



dix: eiusq; sāguine postes ꝯsecrā-



tur. Hec nox est i q̄ ꝑmū


pr̄es nr̄os filios israel eductos de



egypto rubꝝū mare sicco vesti-



gio trāsi re feci sti. Hec igi-



tur nox est que peccatorum


tenebꝛas colūne illūinatione pur



ga uit. Hec



nox ē q̄ hodie ꝑ vniuersū mūdū i



xp̄o credentes a vicijs seculi se-



gregatos et caligīe peccatoꝝū red



dit gratie sociat sanctitati.


Hec



nox est in q̄ destructis vincu-


lis moꝛtis xp̄s ab īferis victoꝛ a-



scēdit. Ni chil enī nobis nasci


ꝓfuit nisi redimi ꝓfuis set.



O mira circa nos tue


pietatis digna tio. O



inestima bi lis dilectio cari




tatꝰ vt seruū redimeres filiū tra




didisti. O certe necessariū



ade peccatū et nr̄m qd̄ xp̄i moꝛ=




te deletum est. O felix



culpa q̄ talē ac tm̄ meruit habe=




re redemptoꝛem. O



certe btā nox q̄ sola meruit



scire tēpꝰ et hoꝛā in q̄ xp̄s ab in



feris resurrexit. Hec




nox est de qua scp̄tū est



⁊ nox vt dies illūiabit̄ ⁊ nox illūi



natio mea in delicijs meis.



Hu ius igitur sanctificatio




noctis fugat scelera: culpas lauat




et reddit inocētiā lapsis ⁊ mestis



leticiā. fugat odia ꝯcoꝛdiā parat




et curuat imperia. In huiꝰ igi=




tur noctis grā su scipe san=


Hic ponat̄ icēsū a diac. i cereū vel i cādelabꝛū i modū cruc. sil̄r ⁊ i puū cereū poꝛtitoꝛe accedēte



cte pater



incēsi huius sacrificiū vesptinū




Quod ti bi i hac cerei oblatio



ne so lẽni p ministroꝝ man⁹



de opib⁹ apũ sacrosctã reddit ec=



clesia. Sed iã colũne




hui⁹ pconia nouim⁹ quã i hono




rẽ dei rutilans ignis accen dit.

Hic accẽdat cere⁹ de nouo igne nec extiguat vsq post ꝯpletoriũ diei se quẽtis. Et ardebit cere⁹ pascal ꝯti nue p ebdomadã pasce ad matu. ⁊ ad mis. ⁊ ad vs. sil'r fiat i oct. pasce Dib⁹ vo dñic ab oc. pasce vsq ad ascẽ. dñi ad missã tm accẽdat etiã in fes. sci marci euãgel. aplõꝝ phi ⁊ iacobi ad mis. tm. in ãnũciatiõe btẽ marie: ⁊ in iuẽtiõe scẽ crucis si cut i oc. pasce accẽdat. Hic cerofera rij cereos suos accendãt p ecclesiã.



Qui licet diuis⁹ in ptes mutuati




luis detrimẽta nõ nouit. Alit li=




quãtib⁹ ceris: quas i substãtiã p=



ciose hui⁹ lãpadis apes mater e=




duxit. O



beata nox que expoliauit




egyptios ditauit hebreos. Nox




in q̃ terrenis celestia iũguntur



O ramus te do=



mine vt cere⁹ iste in honorẽ no=



minis tui consecra tus ad noctis

huius caliginē destruēdā indefi-
ciens perseue ret. In o-
dorē suauitatis acceptus sup-
nis luminarib⁹ misceatur.
Flammas eius lucifer matuti-
nus inueniat. Il le inquam
lucifer q̄ nescit occasū. Il-
le q̄ regress⁹ ab īferis humano
generi serenus illu xit. Pre
camur ergo te domine vt nos

famulos tuos om nē clerū et deuo
tissimū populū vna cū patre no
stro papa N. atq̄ re ge no-
stro N. necnō et episcopo nr̄o
N. quiete tempoꝝ concessa
in his pa scalib⁹ gaudijs cōserua-
re digne ris. Qui semꝑ viuis
regnas imperas necnō ꝯ glori
a ris sol⁹ deus solus al tissi-
mus ie su christe cum



Finita bñdictiõe cerei pascalis: sacerdos cõpletur⁹ officiũ indut⁹ casula ad altare autẽtica assũpta cũ suis ministris ad altare accedat cõfessiõe iam nõ dicta: sed tñ **Pater noster.** et osculando altare cũ suis ministris eat sessũ: abcedat cereus sup hastã: minister vero q̃ aliũ cereũ defert ad sinistrũ coꝛnu altaris stet supꝛa gradũ austro conuersus q̃usq₃ finiatur septifoꝛmis letania Debet autẽ cãdelabꝛũ cũ cereo pascali amoueri feria vj. post ascẽsionẽ dñi. Postea legant̃ lcõnes absq₃ titulis a dignioꝛib⁹ psonis ad gradũ choꝛi. ¶ Lcõ pma. Genesis. j.

In pꝛincipio creauit deus celũ et terrã. Terra autẽ erat inanis et vacua: ⁊ tenebꝛe erãt sup faciẽ abyssi: et sp̃us dñi ferebat̃ super aquas. Dixitq₃ deus. Fiat lux Et facta est lux. Et vidit deus lucẽ q᷑ esset bona: et diuisit lucẽ a tenebꝛis. Appellauitq₃ lucẽ diẽ: et tenuebꝛas noctẽ. Factũq₃ est vespere et mane dies vnus. Dixit quoq₃ de⁹ Fiat firmamentũ in medio aquarũ: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamẽtum: diuisitq₃ aquas q̃ erant sub firmamẽto: ab his que erãt sup firmamentũ. Et factũ est ita. Uocauitq₃ de⁹ firmamẽtũ celũ. Et factũ est vespere et mane: dies scd̃us. Dixit vero de⁹. Cõgregent̃ aque q̃ sub celo sũt in locum vnũ: ⁊ appareat arida. Factũq₃ est ita. Et vocauit de⁹ aridã terrã: cõgregationesq₃ aquarũ appellauit maria. Et vidit deus q᷑ esset bonum: et ait. Germinet terra herbã virentẽ et facientẽ semen: et lignũ pomiferũ faciens fructũ iuxta gen⁹ suũ: cui⁹ semẽ in semetipso sit super terrã. Et factum est ita Et pꝛotulit terra herbã virentẽ: et afferentẽ semen iuxta gen⁹ suũ: lignũq₃ faciẽs fructũ et habẽs vnũquodq₃ sementẽ secũdũ speciẽ suã Et vidit de⁹ q᷑ esset bonũ: factũq₃ est vespere et mane dies terti⁹. Dixit aũt de⁹. Fiant luminaria in firmamẽto celi: et diuidãt diẽ ac noctẽ: et sint in signa et tẽpoꝛa: et dies et annos: vt luceãt in firmamẽto celi / et illuminẽt terrã. Et factũ est ita. Fecitq₃ de⁹ duo luminaria magna: luminare maius vt p̃esset diei: ⁊ luminare minus vt pꝛeesset nocti et stellas. Et posuit eas in firmamẽto celi: vt lucerẽt sup terrã et pꝛeessent diei ac nocti: et diuiderẽt lucẽ ac tenebꝛas. Et vidit deus q᷑ esset bonũ: et factũ est vespere et mane dies quartus. Dixit etiã deus. Pꝛoducant aque reptile aĩe viuentis et volatile sup terrã sub firmamẽto celi. Creauitq₃ deus cete grãdia: et oẽm aĩam viuentẽ atq₃ motabilẽ quã p̄duxerãt aq̃ in species suas: et oẽ volatile scd̃m ge-

nus suū. Et vidit de⁹ ꝙ esset bonū benedixitq; eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aq̄s maris/ auesq; multiplicētur super terram. Et factū est vespere et mane dies quint⁹. Dixit quoq; de⁹. Producat terra aīam viuētē in genere suo: iumenta et reptilia: et bestias terre secūdū species suas. Factūq; est ita. Et fecit de⁹ bestias terre iuxta species suas: et iumenta omne reptilie terre ī genere suo. Et vidit de⁹ ꝙ esset bonū: et ait. Faciamus hoīem ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā: ⁊ p̄sit piscib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi: et bestijs vniuersecq; terre: oīq; reptili q̄d mouet̄ in terra. Et creauit de⁹ hoīem ad imaginē et silitudinē suam: ad imaginē dei creauit illū/ masculū ⁊ feminā creauit eos. B̄ndixitq; illis de⁹ et ait. Crescite et multiplicamini ⁊ replete terrā ⁊ subijcite eam: ⁊ dominamini piscib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi: et vniuersis animātibus q̄ mouent̄ sup terrā. Dixitq; deus. Ecce dedi vobis omnē herbā afferentē semen sup terrā: et vniuersa ligna que habēt in semetipsis semētē generis sui: vt sint vobis in escā ⁊ cūctis animātib⁹ terre: oīq; volucri celi et vniuersis q̄ mouent̄ in terra et in q̄bus est aīa viuēs: vt habeāt ad vescēdū. Et factū est ita. Uidit q; de⁹ cūcta q̄ fecerat: et erāt valde bona. Et factū est vespere ⁊ mane dies sext⁹. Igit̄ p̄fecti sūt celi ⁊ terra: ⁊ oīs ornat⁹ eoꝝ. Cōpleuitq; deus die septimo op⁹ suū q̄d fecerat: et requieuit die septimo ab vniuerso ope suo q̄d patrarat. Oēs orones sine Dn̄s vobiscum ⁊ sine Flectam⁹ dn̄r: sed tm̄ cū Orem⁹ Oro

Deus qui mirabiliter creasti hoīem et mirabili⁹ redemisti: da nobis q̄s ꝯtra oblectamēta pcti mētis ratiōe p̄sistere: vt mereamur ad gaudia eterna puenire Per. ¶ Lctō scd̄a. Exodi. xiiij.

Factū est in vigilia matutina: ⁊ ecce respiciens dn̄s super castra egyptioꝝ per colūnam ignis et nubis: interfecit exercitū eoꝝ: ⁊ subuertit rotas curruū/ ferebāturq; in p̄fundū. Dixerūt ergo egyptij. Fugiamus israelem: dn̄s eni pugnat p eis cōtra nos. Et ait dn̄s ad moysen. Extēde manū tuam sup mare: ⁊ reuertant̄ aque ad egyptios: sup curr⁹ et equites eoꝝ. Cūq; extēdisset moyses manū cōtra mare: reuersum est primo diluculo ad prioꝛē locū. Fugiētibusq; egyptijs occurrerūt aque: et inuoluit eos dn̄s in medijs fluctib⁹. Reuerseq; sunt aque: ⁊ operuerūt currus et equites cūcti exercitus pharaonis: q̄ sequētes ingressi fuerāt mare: nec vnus q̄dē sup̄fuit ex eis. Filij autē israel perrexerunt p mediū sicci maris: et aque erāt eis q̄si p muro a dextris et a sinistris. Liberauitq; dn̄s in die illa isrl̄ de manu egyptioꝝ: et viderūt egyptios mortuos sup littus maris ⁊ manū magnā quā exercuerat dn̄s cōtra eos. Metuitq; pp̄ls dn̄m: ⁊ crediderūt dn̄o ⁊ moysi seruo ei⁹. Tūc cecinit moyses et filij israel carmē hoc dn̄o ⁊ dixerūt. Oēs tract⁹ dn̄r a choro alternatim preter vltimū trac. scz Laudate. Ita ꝙ primus tra

ctus icipiat a pte chori legētis lec. deinde alternati incipiant tract9.

Cantemus dn̄o gl'iose eni honorifi-cat9 est: equū ꝛ ascēsorē proiecit in mare: adiutor ꝛ ptector fact9 est michi i salutē. ℣. Hic deus me9 et honorificabo eū: de9 pr̄is mei ꝛ exaltabo eū. ℣. Dn̄s cōterēs bella: dn̄s nomen est illi. Orem9. Orō

Deus cui9 antiqua miracula etiā nr̄is seculis coruscare sentim9 dn̄ qđ vni populo a psecutione egyptiaca liberādo dextere tue potentiā cōtulisti: id ad salutē gentiū per aquā regeneratiōis operaris: presta q̄s. vt ꝛ in abrahe filios et in israeliticā dignitatē totius mūdi trāscat plenitudo. Per

Lectio tertia. Isaie. iiij.

In diebus illis. Cū audissēt apostoli qui erāt hierosolymis / qa recepisset samaria verbū dei: miserūt ad eos petrū et iohannē. Qui cū venissēt: orauerūt pro ipsis: vt acciperēt spiritū sanctum Nōdū eni in quēqz illorū venerat: sed baptizati tantum erāt in noie dñi iesu. Tunc imponebant manus super illos: et accipiebant spiritū sanctū Alleluia. V. Emitte spiritū tuū et creabuntur: et renouabis faciē terre. Alleluia. V. Ueni sancte spirit⁹ reple tuorum corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Eya musa: dic queso preclara chorea. Blādificaqz libens pstrepe organa. Ast modulās tybia resultet plectro laudū leta carmina Nostraqz caterua: hui⁹ diei euprepia. Paraclyti carisma: hac die alūnos xp̄i plena intrat. Facto repēte sono linguis christi: fantur magnalia. Uesano plena ructu pfidia: musto alūnos madere putat spūs gratia ardentes: quos reddit feruida Anastasi pacta qnquagena mystic⁹ penetrat spirit⁹ pector intima oppido reddēs flāmātia. Mox egressi oēs vna: tetra peragrāt arua: infūdētes verbi semina. Mystica patrātes signa: superno rore noua bibula: madidāt intima. Ecce christi nunc caterua tua. In hac aula: decantāt cātica Ut celesti permixta: agmini indiscrete dicat noua tibi pmēs cātica Sit perennis dño gloria. Decus honor potestas p secula. Qui tribuit spūs gratiā oibus per arua: qui sequūt eius monita. Poscimus oēs vna supplices magnalia. Ut sanctus nostra spiritus emundās intima. Illustret clare sophia allia

Secundū Johannē. x.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amē amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouiū / sed ascēdit aliunde: ille fur est et latro. Qui autē intrat per ostiū: pastor est ouiū. Huic ostiarius aperit: et oues vocē eius audiunt. Et pprias oues vocat noiati: et educit eas. Et cū proprias oues emiserit: ante eas vadit. Et oues illum sequunt: qa sciunt vocē eius Alienū autē nō sequunt / sed fugiunt ab eo: qa nō nouerūt vocē alienorū. Hoc pverbiū dixit eis iesus. Illi autē nō cognouerūt: qd loqretur eis. Dixit ergo eis iterū iesus. Amē amē dico vobis: qa ego sum ostiū ouium. Oēs quotquot venerunt: fures sunt et latrones: sed nō audierūt eos oues. Ego sum ostiū Per me si qs itroierit / saluabit: et ingrediet et egrediet / et pascua inueniet. Fur nō venit: nisi vt furet / et mactet / et pdat. Ego veni: vt vitam habeant: et abundātius habeant. Credo. Offr. Portas celi aperuit dñs: et pluit illis mānā vt ederent: panem celi dedit eis: panem angelorum māducauit homo alleluia. Secreta.

Descēdat q̄s dn̄e spirit⁹ sanctus sup hoc altare: q̄ et dona populi tui sctificet: et sumētiū corda placatus emundet. P dn̄m. In vnitate eiusdē. Cōio. Spiritus qui a patre procedit alleluia: ille me clarificabit alleluia alleluia. Postcōio.

Mentes nostras q̄s dn̄e spiritus sanctus diuinis reparet sacramētis: quia ipse est remissio oīm peccatorū. P do. In vnitate eiusdē. ¶ Feria.iiij. quattuor tēporū: non dr̄ alia magna missa q̄ de ieiunio: nec ibi.feria/nec in sabbato: secundū vsū sarū. Officiū.



Deus dum egredereris corā populo tuo alla: iter faciēs eis alla: habitās in illis: alla alla. ps. Exurgat de⁹ & dissipēt inimici eius: et fugiāt qui oderūt eū a facie eius. Kyriel. cū suis v̄. dr̄. Statim sequat̄ Glia in excel. Nō dr̄ Dn̄s vobiscū. sed tantū Oremus. Orō

Presta q̄s oīps de⁹: vt a nr̄is mentibus carnales amoueat spiritus sanctus affectus: et spiritualia nobis dona potēter infundat. Per dn̄m. In vnitate eiusdē.

Lectio libri sapientie. primo.

Diligite iusticiā qui iudicatis terrā. Sentite de dn̄o in bonitate: et in simplicitate cordis q̄rite illū. Quoniā inuenit̄ ab his qui nō tēptāt illū: apparet aūt eis qui fidem habēt in illū. Peruerse eni cogitatiōes/separāt a deo: probata autē virtus/corripit insipientes. Quoniā in maliuolā animā/ nō introibit sapientia: nec habitabit in corpore/subdito pctis. Sanctus eni spirit⁹ discipline effugiet fictū: et auferet se a cogitatiōibus que sunt sine intellectu: et corripietur a superueniēte iniq̄tate. Benignus est eni spiritus sapiētie: & nō liberabit maledictū a labijs suis. Quoniā renū illius testis est de⁹: et cordis eius scrutator est verus: & lingue eius auditor. Quoniā spirit⁹ dn̄i repleuit orbē terrar: & hoc q̄d cōtinet oīa: sciētiā habet vocis Et legat̄ ab accolito supellicio indu to i pulpito. Deinde tres clerici de secūda forma in cappis sericis ibidem dicant. Alla. V̄. Emitte spiritū tuum et creabunt̄: & renouabis faciē terre Non repetat̄ Alla. Sequat̄ Dn̄s vobiscū et Oremus. Oratio.

Mentes nostras q̄s dn̄e spiritus sanctus paraclitus qui a te p̄cedit illuminet: & inducat in oēm sicut tuus p̄misit filius veritatē. Qui tecū. In vnitate eiusdē.

Lectio actuū apostolorū. ij.

In dieb⁹ illis. Stās petrus cū vndecim: eleuauit vocem suā et locutus est eis. Viri iudei et qui habitatis hierusalē vniuersi: hoc vobis notū sit: et auribus p̄cipite verba mea. Non eni sicut vos estimatis hi ebrij sunt: cū sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictū est per p̄phetā iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dn̄s: effūdā de spiritu meo sup oēm carnē. Et p̄phetabūt filij vestri & filie vestre: et iuuenes vestri visiōes videbūt: et seniores vestri sōnia sōniabunt. Et quidē super seruos meos: & sup ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo: et p̄phetabūt

Et dabo pdigia in celo sursum: et signa in terra deorsum: sanguinē/ et ignē/et vaporē fumi. Sol cōuertet in tenebras/ & luna in sāguinē: antequā veniet dies dñi magnus / et manifestus. Et erit. Ois quicunque inuocauerit nomē dñi: saluus erit Alla. ℣. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia dei. Repetatur Alleluia/sine neuma. Sequentia.

LUx iocunda lux insignis: qua de throno missus ignis / in christi discipulos. Corda replet linguas ditat: ad cōcordes nos inuitat/lingua cordis modulos Christus misit qđ pmisit: pignus spōse quā reuisit/die quinquagesima Post dulcorē melleū: petra fudit oleū / petra iā firmissima. In tabellis saxeis: nō in linguis igneis/ lex de monte ppl'o. Paucis cordis nouitas: & linguarū vnitas/datur in cenaculo. O quā felix quā festiua: dies in qua primitiua / fundat ecclesia. Viue sūt primitie: nascētis ecclesie/tria primū milia. Panes legis primitiui: sub vna sūt adoptiui/fide duo populi Se duobus interiecit: sicque duo vnum fecit/lapis caput anguli. Vtres noui non vetusti: sunt capaces noui musti/vasa parat vidua. Liquorē dat heliseus: nobis sacrū rorē de⁹/si corda sint cōgrua. Nō hoc musto vel liquore: nō hoc digni sumus rore/si discordes moribus In obscuris & diuisis: nō potest hec paraclisis/habitare cordib⁹ Cōsolator alme veni: linguas reple corda leni: nichil fellis aut veneni/sub tua presentia Nil iocundū nil amenū: nil salubre nil serenum: nichil dulce nihil plenū/sine tua gratia. Tu lumen es et vnguētū: tu celeste cōdimētū: aque ditās alimentū/virtute mysterij. Noua facti creatura: te laudamus mēte pura: gratie nūc sed natura/prius ire filij. Tu qui dator es et donū: nostri cordis oē bonū: cor ad laudē redde pronū: nre lingue formās sonū/i tua pconia. Tu purga nos a pctis: auctor ipse pietatis: et in christo renouatis: da perfecte nouitatis/ plena nobis gaudia. ¶ Scđm Johannē. vj.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: & turbis iudeor. Nemo potest vēire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eū. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die Est scriptū in prophetis. Et erunt oēs docibiles dei. Ois qui audiuit a patre & didicit: venit ad me. Nō quia patrē vidit quisquā: nisi is qui est a deo: hic videt patrē. Amē amen dico vobis: qui credit in me/habet vitā eternā. Ego sum panis vite. Patres vestri māducauerūt manna in deserto: et mortui sunt. Hic est panis de celo descēdens: vt si quis ex ipso māducauerit: non moriat Ego sum panis viuus qui de celo descēdi Si quis māducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quē ego dabo: caro mea est: p mūdi vita Credo. Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo man⁹ meas ad mādata tua que dilexi all'a

OBlata tibi dñe qs Secreta munera spūs sctūs sanctificet: & eor nos participatio ab oīm peccatorum contagione custodiat

Per eūdē dñm. In vnitate eiusdē
Cōio. Pacē meā do vobis allā: pacem re
linquo vobis: alleluia alleluia. Postcōio
PEr huius dñe ꝟtutē myste-
rij tue nos claritatis ꝑpetuꝰ
splēdoꝛ illustret: et cū cōsubstātia
lis tibi filio gr̃a spũs scti illūinet.
Qui tecū. ¶ Feria. v. Officium.
SPiritꝰ dñi repleuit oꝛ
bem terraꝝ allā: ⁊ hoc
qđ cōtinet oīa sciētiā
habet vocis: allā allā
allā. ꝑs. Exurgat deus ⁊
dissipenꝶ iīmici eiꝰ: ⁊ fugiāt qui oderūt eū
a facie eiꝰ. Kyrie. sine ꝟsibus Orō.
PResta q̃s oƥs et misericoꝛs
deꝰ: vt spũs sctũs aduenīēs
tēplū nos gl̃ie sue dignāter īhabi-
tādo ꝑficiat P đ. In vnitate eiusđ
Lectio actuū apostoloꝝ. viij.
IN diebꝰ illis. Philippus de
scēdens in ciuitatē samarie:
ꝑdicabat illis chꝛistū. Intēdebant
autē turbe his que a philippo dice
banꝶ vnanimiter audiētes et vidē
tes signa q̃ faciebat. Multi eni eoꝝ
qui habebāt spũs imūdos: clamā
tes voce magna exibāt. Multi aūt
paralitici et claudi curati sunt. Fa
ctū est ergo gaudiū magnū in illa
ciuitate. Allā. ꝟ. Emitte spiritū tuū
et creabūꝶ: et renouabis faciē terre Allā
ꝟ. Factus est repente de celo sonus: adue
nientis spiritus vehementis. Sequētia
ALma choꝛus dñi: nūc pan
gat noīa sūmi Messyas so
ther: emanuel sabaoth adonay.
Est vnigeītꝰ via vita manꝰ omo-
usyon Pꝛicipiū ꝑmogeītus sapiē
tia virtus Alpha caput/finisq̧ siꝶ
vocitaꝶ ⁊ est oo Fōs ⁊ oꝛigo boni:
paraclitꝰ ac mediatoꝛ Agnꝰ ouis
vitulus: serpēs aries leo ꝟmis Os
ꝟbū splēdoꝛ: sol gl̃ia lux et imago
Panis flos vitꝭ: mōs ianua petra
lapisq̧. Angelꝰ ⁊ spōsus: pastoꝛq̧
ꝓpheta sacerdos. Athanathos
kyrios: theon pāthō cratō et ysus
Saluificet nos Sit cui secla Per
oīa doxa. ¶ Scđm Lucā. ix.
IN illo tp̃e. Cōuocatis iesus
duodeci discipulis: dedit illꝭ
ꝟtutē ⁊ potestatē sup oīa demōia:
et vt languoꝛes curarent. Et misit
eos ꝑdicare regnū dei: et sanare in
firmos. Et ait ad illos. Nichil tu-
leritis ī via: neq̧ virgā: neq̧ perā:
neq̧ panē: neq̧ pecuniā: neq̧ duas
tunicas habeatis. Et ī quācūq̧ do
mū ītraueritꝭ/ibi manete: ⁊ īde ne
exeatis. Et q̄cūq̧ nō receperit vos:
exeūtes de ciuitate illa/etiā pulue-
rē pedū vroꝝ excutite in testioniū
supꝛa illos. Egressi autē circuibāt
per castella: euāgelizātes ⁊ curātes
vbiq̧. Credo. Offꝛ. Confirma hoc
deꝰ qđ operatꝰ es in nobis: a tēplo tuo qđ
est ī hirlm: tibi offerēt reges munera allā.
VIrtute scti spũs dñe Secre.
munera nr̃a cōtinge: vt qđ
solēnitate ꝑsēti tuo noī dedicauit:
et ītelligibile nobis faciat ⁊ eternū
P đ. In vni. eiꝰ. Cō. Factꝰ est repēte
de celo sonus aduenīētis spũs vehemētis/
vbi erāt sedētes allā: et repleti sūt oēs spũ
sācto/loquētes magnalia dei: allā alleluia
SAcrificijs celesti Postcōio
bus q̃s dñe operāte spiritu
sācto vicia nostra purgenꝶ: vt mu
neribus tuis semp possimus apta
ri. Per eundē. In vnitate eiusdē.
¶ Feria vj. q̃ttuoꝛ tpm Officiū.

Repleat͡ os meū laude tua alla: vt possim cātare alla: gaudebūt labia mea dū cātauero tibi: alla alla. ps. In te dn̄e speraui nō cōfūdar in eternū: in iusticia tua libera me/et eripe me. Oratio.

Da q̄s ecclesie tue misericors deus: vt spiritu sctō congregata: hostili nullatenus icursione turbet͡. Per do. In vnitate eiusdē

Lectio actuū apostolorū. ij.

In dieb⁹ illis. Aperiēs petr⁹ os suū: dixit. Uiri israelite: audite v̄ba hec. Jesū nazarenū virū approbatū a deo in vobis: v̄tutib⁹ et pdigiis et signis q̄ fecit p illū de⁹ in medio vestri/sicut vos scitis: hūc definito ↄsilio et p̄scientia dei traditū p manus iniquoꝝ/affigētes interemistis. Quē deus suscitauit solutis dolorib⁹ iferni: iuxta qd̄ ipossibile erat teneri illū ab eo. Dauid eni dicit in eū. Prouidebā dn̄ꝫ corā me sēp: qm̄ a dextris est mihi ne ↄmouear. Propter hoc dilatatū est cor meū: ⁊ exultauit lingua mea: isup et caro mea requiescet i spe. Qm̄ nō dereliques aiaꝫ meā in iferno: nec dabis sāctū tuū videre corruptionē Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocunditate cū facie tua. Alla. ℣. Emitte spiritū tuum ⁊ creabunt͡: ⁊ renouabis faciē terre Alla. ℣. Spūs dn̄i repleuit orbē terrarū: ⁊ hoc qd̄ ↄtinet oia scientiā habet vocis

Laudes deo deuo= Seq̄ntia ta. Dulci voce ac sonora. Plebs resultet catholica Spūs sctī grā Apl̄is die hodierna In igne is linguis est ifusa Paracliti p̄sentia. E mundet nos a pctī macula Pura sibi aptās habitacula. Carismatū ac munera. Pectoribus nr̄is pius ifūdat Uita nr̄a ei vt cōplaceat. Per sclorū scla. Cōclamem⁹ alla. Sit deo laus potestas honor v̄t⁹ et gl̄ia. Scd̄ꝫ lucā. v

In illo tpe. Factū est in vna dierū: et iesus sedebat docēs Et erāt pharisei sedētes et legisdoctores/q̄ venerāt ex oi castello galilee et iudee et hier͡lm: ⁊ v̄t⁹ dn̄i erat ad sanādū eos. Et ecce viri portātes in lecto hoiem q̄ erat paralitic⁹ et q̄rebāt eū inferre/et ponere ante eū. Et nō iueniētes qua pte illū inferrēt pre turba: ascēderūt supra tectū: et p tegulas sūmiserūt illū cū lecto in medio āte iesū. Quoꝝ fidē vt vidit: dixit. Hō: remittunt͡ tibi pctā tua. Et cepert͡ cogitare scribe et pharisei dicentes. Quis est hic q̄ loq͡t blasphemias? Quis potest dimittere pctā: nisi sol⁹ deus? Ut cognouit aūt iesus cogitatiōes eoꝝ: r̄ndēs dixit ad illos Quid cogitat͡s mala i cordib⁹ v̄ris? Quid est facili⁹ dicere dimittūt͡ tibi pctā/an dicere surge ⁊ ābula. Ut aūt sciat͡s q̄a fili⁹ hois habet potestatē i terra dimittēdi pctā: ait paralitico. Tibi dico surge: tolle lectū tuū: ⁊ vade i domū tuā. Et ↄfestim surgēs corā illis: tulit lectū in quo iacebat: et abijt in domū suā magnificās deum. Et stupor apprehendit oēs: et magnificabāt deū. Et repleti sunt timore dicētes: q̄a vidim⁹ mirabilia hodie. Credo. Offꝛ. Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄m in vita mea: psallam deo meo q̄diu ero alleluia. Secreta

SAcrificia dñe tuis oblata cōspectibus / ille ignis diuin⁹ assumat: q̄ discipulorꝝ xp̄i tui p̄ spiritū sanctū corda succēdit. P eūdē In vnitate eiusdē. Cōio. Sp̄us vbi vult spirat: et vocē eius audis alla: sed nescis vnde veniat aut quo vadat: alla alla.

COncede q̄s op̄s de Postcōio us: vt huius p̄ceptiōe sacramenti: ita nr̄e fragilitatis vicia expurgent̄: q̄ten⁹ p̄ spiritū sāctū / repromissū in nobis donū tue gr̄e sētiamus. P dn̄m. In vnitate eiusd.

Sabbato q̄ttuor tp̄m. Officiū

CAritas dei diffusa est in cordib⁹ vr̄is alla: p̄ ihabitātē spiritū eius in vobis alla alla. ps. Dn̄e de⁹ salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. Kyriel solenniter dr̄ / absq̄ v. Sequat̄ Glia in ex. sicut infra octa. cū regimine chori Oēs orōes sine Dn̄s vobis. dicūt̄: p̄ter vltimā q̄ est āte epi. sed tm̄ cū Orem⁹ Et oēs lectiōes cū suis titulis legant̄ ad gradū chori in supellicijs. Prima vo lcō ab accolito: et alie a clericis de scd̄a forma legant̄ tm̄ q̄nta lec. ab aliq̄ de supiori gradu legat̄. Et singula Alla a duob⁹ pueris in supellicijs ibidē cātet̄ / sn̄ repetitione Alla post suū v. Orō.

MEntibus nr̄is q̄s dn̄e spiritū sctm̄ benign⁹ infūde: cuius et sapiētia cōditi sum⁹: et p̄uidētia gubernamur. P d. In vni. eiusd. Lectio iohelis p̄phete. ij.

HEc dicit dn̄s de⁹. Effūdā de sp̄u meo sup oēm carnē: et p̄phetabūt filij vr̄i: et filie vr̄e. Senes vr̄i sōnia sōniabūt: et iuuenes vestri visiōes videbūt. Sed et sup seruos meos et ācillas meas in diebus illis / effūdam de spiritu meo: et dabo prodigia in celo sursum: et signa in terra deorsum: sanguinē / et ignē: et vaporē fumi. Sol cōuertet̄ in tenebras: et luna in sanguinē: āteq̄ veīat dies dn̄i magn⁹ et horribilis. Et erit. Oīs q̄cunq̄ inuocauerit nomē dn̄i: saluus erit Alla. v. Emitte spiritū tuū ꝛ creabūt̄: et renouabis faciē terre. Nō repetatur Alla post v. sed d̄r Oremus Orō.

ILlo nos igne q̄s dn̄e spirit⁹ sctūs iflāmet: quē dn̄s nr̄ iesus xp̄us misit in terrā: ꝛ voluit vehemēter accēdi. Qui te. In vnita. eiusd. Lectio libri leuitici. xxiij.

IN dieb⁹ illis. Locut⁹ est dn̄s ad moysē dicēs. Loq̄re filijs israel / ꝛ dices ad eos Cū igressi fueritis terrā quā ego dabo vobis: et messueritis segetē: feretis manipulos spicarū: p̄mitias messis vr̄e ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū corā dn̄o: vt acceptabilis sit p̄ vobis altero die sabbati et sctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die: in quo obtulistis manipulos p̄mitiarꝝ septē ebdomadas plenas vsq̄ ad alterā diē expletiōis ebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiū nouū dn̄o: ex oīb⁹ habitaculis vr̄is. Panes p̄mitiarū duos de duab⁹ decimis sile: q̄s eleuabit sacerdos corā dn̄o. Et vocabitis hūc diē celeberrimū atq̄ sanctissimū. Oē opus seruile non facietis in eo Legittimū sēpiternū erit i cūctis habitaculis ꝛ generatiōib⁹ vestris dicit dn̄s op̄s. Alla. v. Ueni sancte

spiritus reple tuoꝛum coꝛda fideliū: et tui amoꝛis in eis ignem accende. Oꝛatio.

Deus q̄ ob aīaꝝ medelā ieiunij deuotione/castigari coꝛpoꝛa p̄cepisti: ꝯcede nobis ꝓpicius ⁊ mēteꝫ coꝛpe sēp tibi esse deuotos P. Lcō libꝛi deuteronomij. xxvj.

In diebus illis. Dixit moyses filijs isrl' Audi israel: que ego p̄cipio tibi hodie. Cū intraueris terrā quā dn̄s de⁹ tuus datur⁹ est tibi possidēdam: et obtinueris eā/atq; habitaueris in ea: tolles de cūctis frugib⁹ tuis ꝓmitias: et pones in cartallo. Pergesq; ad locū quē elegerit dn̄s deus tuus: vt ibi inuocet nomē ei⁹. Accedesq; ad sacerdotē q̄ fuerit i dieb⁹ illis: ⁊ dices ad eum. Pꝛofiteoꝛ hodie coꝛā dn̄o deo tuo: q̄ exaudiuit nos: et respexit hūilitatē nostrā: et laboꝛē nr̄m atq; āgustias: et eduxit nos de egypto in manu foꝛti/et bꝛachio extēto. In ingēti pauoꝛe: in signis atq; poꝛtētis: et introduxit nos ad locū istū: et tradidit nobis terrā lacte et melle manantem. Et idcirco nūc offero pꝛimitias frugū terre: quā dn̄s deus tuus dedit mihi. Et dimittes eas i ꝯspectu dn̄i dei tui: ⁊ adoꝛato dn̄o deo tuo: epulaberis in oīb⁹ bonis: que dn̄s deus tuus dederit tibi. Alla. V. Loq̄bant variis linguis ap̄li magnalia dei. Oꝛatio.

Pꝛesta q̄s oꝑs deus: vt salutaribus ieiuniis eruditi: ab oībus etiā vicijs abstinētes: ꝓpitiationē tuā facilius ipetremus. P. Lectio libꝛi leuitici. xxvj.

In dieb⁹ illis. Dixit dn̄s ad moysen. Loq̄re filiis israel: et dices ad eos. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis: et mādata mea custodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tēpoꝛibus suis: ⁊ terra gignet germē suū: et pomis arboꝛes replebūt. Appꝛehēdet messiū tritura vindemiā: et vindemia occupabit semētē. Et comedetis panē vestrū i saturitate: ⁊ absq; pauoꝛe habitabitis in terra vestra. Dabo pacē in finib⁹ vestris: doꝛmietis et nō erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias a vobis: et gladius non trāsibit terminos vr̄os. Pseq̄mini iimicos vestros: et coꝛruēt coꝛā vobis. Persequent̄ q̄nq; de vestris cētū alienos: ⁊ centū de vobis decē milia. Cadēt imici vestri: in cōspectu vestro gladio. Respiciā vos et crescere faciā. Multiplicabimini: et firmabo pactum meū vobiscū. Comedetis vetustissima veterū: ⁊ vetera nouis supueniētib⁹ ꝓiicietis. Ponā tabernaculū meū i medio vestri: ⁊ non abiiciet vos vltra aīa mea. Ambulabo iter vos ⁊ ero vester deus: vosq; eritis populus meus. Dicit dn̄s oīpotēs. Alla. V. Factus est repente de celo sonus/ aduenientis spiritus vehementis. Oꝛatio.

Pꝛesta q̄s oꝑs de⁹/sic nos ab epulis carnalib⁹ abstinere: vt a vicijs irruētib⁹ pariter ieiunemus. P. Lcō danielis ꝓphete. iij.

Angel⁹ dn̄i descēdit cū azaria ⁊ socijs ei⁹ in foꝛnacē: et excussit flāmā ignis de foꝛnace: et fecit mediū foꝛnacis q̄si vētū roꝛis flantē. Flāma autē diffusa est sup foꝛnacē: cubitis q̄dꝛagintanouē: et incēdit quos reperit iuxta foꝛna

cē de caldeis ministros regis: q̄ eā incēdebāt. Illos aūt oīno nō tetigit ignis neq̄ cōtristauit: nec q̄cq̄ molestie intulit. Tūc hi tres q̄si ex vno oꝛe laudabāt et glificabant ⁊ bn̄dicebāt deū in foꝛnace dicentes Bn̄dict⁹ es dn̄e deus patrū nr̄oꝝ: et laudabilis et glꝛiosus et superexaltatus in scl'a. Et benedictū nomē glꝛie tue q̄d est sanctū: et laudabile et superexaltatū in oībus scl'is. Bn̄dictus es in tēplo sctō glꝛie tue: ⁊ superlaudabilis ⁊ supglꝛiosus in scl'a Bn̄dictus es in thꝛono regni tui: et suplaudabilis ⁊ superexaltat⁹ in scl'a. Bn̄dictus es sup sceptrū regni diuinitatis tue: ⁊ suplaudabilis et superexaltatus in secula. Bn̄dictus es qui intueris abyssos / et sedes super cherubin: ⁊ laudabilis ⁊ superexaltat⁹ in secula. Bn̄dictus es qui ābulas super pēnas ventoꝝ et super vndas maris: et superlaudabilis et superexaltatus in secula Benedictus es in firmamēto celi: et laudabilis et gloꝛiosus in secula Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: benedicite celi dn̄o: benedicite angeli dn̄i dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eū i scl'a. Bn̄dicite aq̄ oēs que sup celos sunt dn̄o: benedicite oēs virtutes dn̄i dn̄o: benedicite sol et luna dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Benedicite stelle celi dn̄o: bn̄d imber et ros dn̄o: benedicite oīs sp̄us dei dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. Benedicite ignis et estus dn̄o: benedicite noctes et dies dn̄o: benedicite tenebꝛe et lumē dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Bened. frigus ⁊ cauma dn̄o: benedicite pꝛuina et niues dn̄o: benedicite fulgura ⁊ nubes dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eū scl'a. Bn̄dicat terra dn̄m / bened. mōtes et colles dn̄o: bened. oīa nascentia terre dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eum in secula. Bened. maria ⁊ flumina dn̄o: bened. fōtes dn̄o / bn̄d. cete et oīa que mouent̄ in aq̄s dn̄o Hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. Benedicite volucres celi dn̄o: bn̄dicite bestie et vniuersa pecoꝛa dn̄o: bened. filij hoīm dn̄o. Hymnū dicite: et superexaltate eū in scl'a. Benedicat israel dn̄m: bn̄d sacerdotes dn̄i dn̄o: bn̄d. serui dn̄i dn̄o Hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Benedicite spirit⁹ et aīe iustoꝛū dn̄o: bened. sācti et humiles coꝛde dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Bened. anania azaria misael dn̄o. Hymnū dicite et superexaltate eum in secula.

Duo clerici de secūda foꝛma in superpellicijs ad gradū cho. dicāt. Allā V. Bn̄dictus es dn̄e de⁹ patrū nostroꝝ: et laudabilis in secula. Nō repetat̄ Allā Sequat̄ Dn̄s vo. cū Oꝛem⁹ Orō

Deus q̄ trib⁹ pueris mitigasti flāmas igniū: ꝯcede ꝓpicius: vt adueniēte sp̄ū sctō: nos famulos tuos nō exurat flāma viciorū. Per do. In vnitate eiusdem.

Lectio actuū apostoloꝛū. xiij.

In dieb⁹ ill'. Cōuenit vniuersa ciuitas: audire verbū dei. Vidētes autē turbas iudei: repleti sunt zelo: ⁊ contradicebāt his que a paulo dicebātur blasphemantes Tūc cōstāter paulus et barnabas

dixerũt. Uobis oportebat primũ loqui verbũ dei: sed quoniã repulistis illud: & idignos vos iudicastis eterne vite: ecce ↄuertimur ad gentes. Sic eñi nobis pcepit dñs. Posui te in lucẽ gẽtibus: vt sis in salutẽ vsq ad extremũ terre. Audiẽtes autẽ gentes gauise sunt: et glorificabant verbũ dñi: & crediderũt quot quot erãt preordinati ad vitã eternã. Disseminabat autẽ vbũ dñi: per vniuersã regionẽ. Judei autẽ ↄcitauerũt religiosas mulieres et honestas et primos ciuitatis: et excitauerũt persecutionẽ in paulũ et barnabã: et eiecerũt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedũ in eos: venerũt iconiũ. Discipuli quoq replebant gaudio et spiritu sancto. ¶ Et legat i pulpito: qua lecta/ duo clerici de supiori gradu/ in cappis sericis ibidẽ dicãt Alla. ℣. Laudate dñm oẽs gẽtes: et collaudate eũ oẽs populi. Repetatur Alleluia sine neuma Sequẽtia. Alma chorus. vts in feria quinta precedẽte.

¶ Secundũ Lucam. iiij.

IN illo tpe. Surgẽs iesus de synagoga: introiuit in domũ symõis. Socrus aũt symõis tenebat magnis febrib⁹. Et rogauerũt illũ pro ea. Et stans sup illã imperauit febri: et dimisit illã. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cũ sol autẽ occidisset: oẽs qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebãt illos ad eũ. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autẽ demonia a multis clamãtia et dicentia: qa tu es filius dei. Et increpãs: nõ sinebat ea loqui quia sciebãt ipsũ esse christum. Facta autẽ die egressus ibat in desertũ locũ: et turbe reqrebãt eũ. Et venerunt vsq ad ipsũ & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus: oportet me euãgelizare regnũ dei ¶ Credo. Offr. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte corã te: intret oratio mea in cõspectu tuo dñe alla.

MItte dñe qs spiritũ sanctũ qui & hec munera psentia tuũ nobis efficiat sacramentũ: & ad hoc pcipiẽdũ nostra corda purificet. P dñm. Secre. In vnitate eiusdem. Cõio. Nõ vos reliquã orphanos: veniã ad vos iterũ alleluia: & gaudebit cor vestrum alleluia alleluia. Postcõio.

PRebeant nobis dñe diuinũ tua sancta feruorẽ: quo eorum pariter et actu delectemur: et fructu. Per dominum.

¶ In die sãcte trinitatis Officiũ.

BEnedicta sit sancta trinitas: atq idiuisa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiscũ misericordiã suã. ps. Bñdicamus patrẽ et filiũ cum sancto spiritu. Non dicitur vlterius. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in cõfessiõe vere fidei/ eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem: qsum⁹: vt eiusdem fidei firmitate/ ab omnibus semp muniamur aduersis. Qui viuis et regnas deus. Per.

Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. iiij.

IN dieb⁹ illis. Uidi ostium

apertū in celo: et vox prima quam audiui / tanq̄ tube loquentis mecum dicens. Ascende huc: et ostendā tibi / que oportet fieri cito post hec. Statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedēs. Et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis / et sardinis. Et iris erat i circuitu sedis: similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia viginti quattuor. Et sup thronos / vigīti quattuor seniores sedentes: circumamicti vestimentis albis: et in capitibus eorū corone auree. Et de throno pcedebāt fulgura: et voces / et tonitrua. Et septē lāpades ardentes ante thronū: que sunt septē spirit⁹ dei. Et in cōspectu sedis: tanq̄ mare vitreū simile cristallo. Et in medio sedis et in circuitu sedis: quattuor aīalia / plena oculis ante et retro. Et aīal pmū: simile leoni. Et secundū aīal: simile vitulo. Et tertiū aīal: habēs faciē quasi hoīs. Et quartū aīal: simile aquile volanti Et quattuor aīalia / singula eorū habebāt alas senas. Et in circuitu et intus / plena sūt oculis: et requiem nō habebāt die ac nocte dicentia. Sanctus / sctūs / sctūs / dn̄s de⁹ oīpotens: qui erat / et qui est / et qui venturus est. Et cū darēt illa aīalia gloriā / et honorē / et benedictionē sedenti sup thronū viuenti in secula seculorū: procedebant viginti quattuor seniores / ante sedētem in throno. Et adorabant viuentē: in secula seculorū. Gr. Bn̄dictus es dn̄e qui intueris abyssos: et sedes sup cherubin. ℣. Benedicite deum celi: quia fecit nobiscū miam suam. Alleluia. ℣. Benedictus es dn̄e deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Sequentia.

Benedicta sit beata trinitas: deitas eterna / pariter coeq̄lis gloria. Deus genitor natus genitus / cū sacro neumate / pmanēs sup oē qd̄ extat. Quibus est vna semper voluntas: et a se discrepat / haud vnq̄ triplicata persona Nā cōstat deitas vna / non in tres deos diuisa: qd̄ fides fatet̄ a xp̄o / orthodoxe edita. Hec nanq̄ pellit delicta: patriā reddit serenā qua dulcem iubilāt agmina: symphoniā celica. Altithroni vestigia: imitant̄ stolis candidata. Operiūtq̄ binas quas captant post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei: supera dem⁹ nostra debita. Quatinus caterua celica nobis maneat: post funera socia. Ultimoq̄ pacto discrimine: poscim⁹ alto pfrui mox pallatio. Quo perspicua flagrat lux accensa cōstanti flamma que deus est / visio nostra et salus eterna. Angelor̄ que illustrat fortiter pectora. Ut in christo solo sua defigant lumina Hec nāq̄ est sitis illa flagrans qua tūc sitiēt anime sanctorum vel corpora. Cum fuerint data: perpetua eis pro bonis a iudice premia.

¶ Secundū Johannē. iij.

In illo tpe. Erat hō ex phariseis nichodem⁹ noīe pnceps iudeor̄. Hic venit ad iesū nocte: et dixit ei. Rabbi: scim⁹ q̄a a deo venisti magister Nemo enim potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit de⁹ cū eo Respōdit iesus / et dixit

ei. Amen amē dico tibi: nisi q̄s natus fuerit denuo: nō potest videre regnū dei. Dicit ad eum nichodemus. Quomodo potest homo nasci cū sit senex? Nūqd potest in vētrē matris sue iterato introire et renasci? Respōdit iesus. Amē amen dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit ex aqua et spiritu sctō: nō potest itroire in regnū dei. Qd natū est ex carne: caro est. Et qd natū est ex spū: spiritus est. Nō mireris: q̄a dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat et vocē eius audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est ois q̄ nat⁹ est ex spiritu. Respondit nichodemus et dixit ei. Quomodo possūt hec fieri? Respōdit iesus et dixit ei. Tu es magister in israel: et hec ignoras? Amē amē dico tibi: q̄a qd scim⁹/ loqmur: et qd vidimus/ testamur: et testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixero vobis celestia/ credetis? Et nemo ascendit in celū: nisi qui descēdit de celo filius hois q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hois. Ut ois q̄ credit i ipsū/ nō pereat: sed habeat vitā eternā. Offr. Bndict⁹ sit de⁹ pater: vnigenitusqꝫ dei fili⁹: sctūs quoqꝫ spirit⁹ q̄a fecit nobiscū miam suā. Secreta

Sanctifica q̄s dn̄e deus trinitas sancta: p tui sancti nois inuocationē huius oblationis hostiā: et per eā nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui viuis et regnas deus. Prefatio. Qui cum vnigenito. Coio. Bndicimus deum celi: et corā oibus viuentibus cōfitebimur ei: q̄a fecit nobiscū miam suā. Postcōio

Proficiat nobis ad salutem corporis et aie dn̄e deus noster hui⁹ sacramēti susceptio: et sēpiterne sācte trinitatis eiusdēqꝫ indiuidue vnitatis cōfessio. In qua viuis et regnas. Per totā ebdomadā fiat mēoria de trinitate ad missā de die: nisi in festo corporis xp̄i: et dr̄ missa de trinitate/ qn̄ de trinitate fit seruitiū: nisi missa Salus populi. dicēda fuerit p ebdomadā

¶ In festo corporis xp̄i. Officiū.



Cibauit eos ex adipe frumēti all'a: et de petra melle saturauit eos: alleluia alleluia all'a. Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Et dicatur Kyrie fons bonita. Oratio.

Deus q̄ nobis sub sacramento mirabili passiōis tue memoriā reliquisti: tribue q̄s: ita nos corporis et sāguinis tui sacra mysteria venerari: vt redēptionis tue fructū in nobis iugiter sentiamus Qui viuis et regnas cū deo patre. Epistola Ad corinthios. j. xj.

Fratres. Ego enim accepi a dn̄o: quod et tradidi vobis. quoniā dn̄s iesus christus: in qua nocte tradebat accepit panē: et gratias agēs/ fregit et dixit. Accipite et mādùcate: hoc est corpus meū qd pro vobis tradet. Hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter et calicē: postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamētū est: in meo sanguine. Hoc facite quotienscūqꝫ su-

mitis in meã cõmẽorationẽ. Quotienscũqꝫ eni manducabitis panẽ hunc / et calicẽ bibetis: mortẽ dñi annunciabitis donec veniat. Itaqꝫ quicũqꝫ mãducauerit panẽ / vel biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis et sãguinis dñi. Probet autẽ seipsũ homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui eni mãducat et bibit indigne: iudiciũ sibi mãducat et bibit: nõ diiudicãs corpus dñi. Gr. Oculi oĩm in te sperant dñe: ꝛ tu das illis escã in tempore oportuno. V. Aperis tu manũ tuam et imples omne animal bñdictiõe. Alleluia. V. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potꝰ: qui mãducat meam carnem ꝛ bibit meum sanguinẽ: in me manet et ego in eo. Sequentia.

LAuda syõ saluatorem: lauda ducẽ et pastorẽ / in hymnis et canticis. Quãtũ potes tantũ gaude: quia maior oĩ laude / nec laudare sufficis. Laudis thema specialis: panis viuus ꝛ vitalis / hodie proponitur. Quẽ in sacre mẽsa cene: turbe fratrum duodene / datũ nõ ambigiť. Sit laus plena sit sonora: sit iocunda sit decora / mentis iubilatio. Dies eni solẽnis agitur: in qua mẽse prima recoliť / huius institutio. In hac mẽsa noui regis: nouũ pasca noue legis / phase vetus terminat. Vetustatẽ nouitas: vmbrã fugat veritas / noctẽ lux illũinat. Qđ in cena xp̃us gessit: faciẽdũ hoc expressit / i sui mẽoriã. Docti sacris institutis: panẽ vinũ in salutis / ꝯsecramus hostiã Dogma dať christianis: qꝫ in carnẽ trãsit panis / et vinũ in sãguinẽ Quod nõ capis qđ nõ vides: aĩosa firmat fides / preter rerũ ordinẽ Sub diuersis speciebꝰ: signis tantũ et nõ rebꝰ / latẽt res eximie. Caro cibus sanguis potus: manet tamen xp̃us totus / sub vtraqꝫ specie. A sumẽte nõ cõcisus: nõ cõfractꝰ nõ diuisus / iteger accipiť. Sumit vnus sumũt mille: quãtũ isti tantum ille / nec sũptus cõsumiť. Sumunt boni sumunt mali: sorte tamen ineq̃li / vite vel iteritꝰ. Mors est malis vita bonis: vide paris sũpsionis / q̃ sit dispar exitus. Fracto demum sacramẽto: ne vacilles sed memẽto: tãtũ esse sub fragmẽto / quãtũ toto tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tãtũ fit fractura: qua nec status nec statura / signati minuiť. Ecce panis angelorꝫ: factus cibus viatorũ: vere panis filiorũ / nõ mittẽdus canibus. In figuris p̃signať: cũ isaac immolať: agnus pasce deputatur / datur mãna patribus. Bone pastor panis vere: iesu nostri miserere: tu nos pasce nos tuere: tu nos bona fac videre / in terra viuẽtiũ. Tu qui cũcta scis et vales: qui nos pascis hic mortales: tu nos ibi commẽsales: coheredes ꝛ sodales / fac sctõrꝫ ciuiũ

¶ Secundũ Johannẽ. vj.

IN illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorũ Caro mea vere est cibus: et sãguis meus vere est potus. Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ sanguinẽ: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuẽs pater: et ego viuo ꝑpter patrẽ. Et qui manducat me / et ipse viuet ꝑpter me. Hic est

panis qui de celo descendit. Nō sicut manducauerunt patres vestri māna: ꝛ mortui sunt. Qui mādu cat hunc panē: viuet in eternum. Offr. Sacerdotes dñi incensū et panes offerunt deo: et ideo sancti erūt deo suo: et non pollueāt nomē eius all'a. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dñe vnitatis et pacis ꝓpicius dona ꝯcede: que sub oblatis muneribus mystice designant. P. Prefa. Quia per incarnati. Hec prefatio dicit per totas octa. qñ de octa. fit seruitiū: et in cōmeoratiōe eiusdē ꝑ totū ānū. Cōio. Quotienscūq; mādu cabitis panē hūc ꝛ calicē bibetis: mortē dñi ānūciabitis donec veniat: itaq; q̄cūq; māducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis et sāguinis dñi all'a. Postcōio

Hac nos q̄s dñe diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quā preciosi corporis et sanguinis tui: tēporalis perceptio prefigurat. Qui viuis et regnas cum deo. Per totā ebdomadā dr̄ eadē missa qñ de octa. fit seruitiū: ꝫ sñ seq̄ntia ꝛ Credo. Ubi fiūt octa. cū regie chori / dr̄ seq̄ntia Ecce panis angelorū. q̄tidie ꝑ octa. ꝛ i oct. qñ de octa. fit missa. ¶ Dñica. i. post festum sancte trinitatis officium.



Domine i tua mīa speraui / exultauit cor meum in salutari tuo: cā tabo dño / q̄ bona tribuit mihi. ps. Usq; quo dñe obliuisceris me in finē: vsq; quo auertas faciem tuam a me. Oratio.

Deus in te sperantiū fortitudo: adesto ꝓpicius inuocationibus nostris: ꝛ q̄a sine te nihil potest mortalis infirmitas: presta auxilium gratie tue: vt in exequēdis mandatis tuis: et voluntate tibi et actiōe placeamus. Per dñm.

¶ Meoria de trinitate fiat oībus dñicis vsq; ad aduentum dñi: nisi qñ aliqua dñica omnino differat.

¶ Notādū est: q qñ duplex festū ꝑ estatē in dñica cōtigerit: nulla de dñica fiet meoria ad missā licꝫ aliquādo pro necessitate facta fuerit meo. ad vesperas et ad matutinas sub silētio / vt alias dictum est: sed quando fit de aliquo festo ix. lc. in dñicis: semꝑ fiat meoria de dñica et de trinitate ad missā / qñ ad vesperas et ad matutinas facta fuerit meoria nisi missa dñicalis debeat cātari ipsa dñica in capitulo. Lectio ep̄le bti iohānis ap̄li. i. iiii

Carissimi. Deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis: quoniā filiū suū vnigenitū misit deus in mūdū: vt viuamus per eū. In hoc est caritas / nō quasi nos dilexerim⁹ deū: sed quoniā ipse prior dilexit nos: et misit filiū suū ꝓpiciationē pro peccatis nostris. Carissimi: si deus dilexit nos: et nos debemus alterutrū diligere. Deum nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē: de⁹ in nobis manet: et caritas eius in nobis ꝑfecta est. In hoc itelligimus quoniam in eo manem⁹ et ipse in nobis: qm̄ de spū suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur: quoniā pater misit filiū suū: saluatorē mūdi Quisq̄s cōfessus fuerit quoniā iesus est fili⁹ dei: deus in eo manet / et ipse in deo Et nos cognouimus

et credidim⁹ caritati: quã habet de us in nobis. Deus caritas est. Et qui manet in caritate: in deo manet ꝛ de⁹ i eo. In hoc ꝑfecta est caritas dei nobiscũ: vt fiduciã habeamus in die iudicij: q̄a sicut ille est/ et nos sumus in hoc mundo. Timoꝛ nõ est in caritate: sed perfecta caritas/ foꝛas mittit timoꝛẽ: quoniã timoꝛ penã habet. Qui aũt timet: nõ est ꝑfect⁹ in caritate. Nos ergo diligamus deũ: quoniã ipse pꝛioꝛ dilexit nos. Si quis dixerit quoniã diligo deũ: et fratrem suũ oderit: mẽdax est. Qui enĩ nõ diligit fratrẽ suũ quẽ videt: deũ quem non videt/ quomodo potest diligere? Et hoc mãdatũ habem⁹ a deo/ vt qui diligit deum: diligat et fratrem suũ. Gr. Ego dixi dñe miserere mei: sana animã meã quia peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenũ et pauperẽ: in die mala liberabit eũ dñs. Alla ℣. Uerba mea auribus ꝑcipe dñe: intellige clamoꝛẽ meũ. Nulla dr̃ sequentia quãdo de dñica agit̃: vsq̃ ad aduẽtũ dñi. Secundũ Lucã. xvj.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: parabolã hanc. Homo quidã erat diues: et induebat̃ purpura et bysso: et epulabatur quotidie splẽdide. Et erat q̄dã mẽdicus noĩe lazarus: qui iacebat ad ianuã eius vlcerib⁹ plenus: cupiẽs saturari de micis q̄ cadebant de mẽsa diuitis: et nemo illi dabat Sed et canes veniebãt et lingebãt vlcera eius. Factũ est aũt vt moꝛeret̃ mẽdicus ꝛ poꝛtaret̃ ab angelis in sinũ abꝛahe. Moꝛtuus est autẽ et diues: et sepultus est in inferno. Eleuãs aũt oculos suos: cũ esset in toꝛmẽtis: vidit abꝛahã a lõge et lazarũ in sinu eius. Et ipse clamãs: dixit. Pater abꝛahã miserere mei: et mitte lazarum vt intingat extremũ digiti sui in aquã: vt refrigeret linguã meã: q̄a crutioꝛ in hac flãma. Et dixit illi abꝛahã. Fili: recoꝛdare quia recepisti bona i vita tua: ꝛ lazarus similiter mala Nũc autẽ hic cõsolat̃: tu vero cruciaris. Et i his oĩbus iter nos ꝛ vos chaos magnũ firmatum est: vt hi qui volũt hinc trãsire ad vos nõ possint: neq̃ inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eũ in domũ patris mei. Habeo enim quinq̃ fratres: vt testet̃ illis: ne et ipsi veniãt in hũc locũ toꝛmẽtoꝛũ Et ait illi abꝛahã. Habẽt moysen et pꝛophetas: audiãt illos. At ille dixit. Non pater abꝛahã: sed si q̄s ex moꝛtuis ierit ad eos: penitentiã agent. Ait autẽ illi. Si moysen et pꝛophetas non audiunt: neq̃ si q̄s ex moꝛtuis resurrexerit/ credent.

Offr. Intẽde voci oꝛatiõis mee: rex me⁹ et deus meus: quoniã ad te oꝛabo domine

Secreta.

DEus qui nos ad imaginẽ tuã cõditos: et sacramẽtis renouas/ ꝛ pꝛeceptis: supplicũ pꝛeces et munera benignus accepta: vt quod fiducia nõ habet meritoꝛũ: placationes obtineant hostiarũ. P dñ. Cõio. Narrabo oĩa mirabilia tua: letaboꝛ et exultabo i te: psallam nomini tuo altissime.

Postcõio.

TAntis dñe repleti muneribus: pꝛesta q̄s: vt et salutaria dona capiamus: et a tua nunq̃ laude cessemus. Per. ¶ Feria. iiij

Lectio epistole btī petri apl̄i. ij.j

CArissimi. Notã fecimus vobis dñi nr̄i iesu christi virtutẽ et p̄sciẽtiã: sed speculatores facti ipsi⁹ magnitudinis. Accipiẽs enī a deo patre honorẽ et glīaꝫ voce delapsa ad eũ huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi cõplacui: ipsum audite. Et hanc vocẽ: nos audiuimus de celo allatã cũ essem⁹ cum ipso in mõte sctõ. Et habemus firmiorẽ ꝓpheticũ sermonẽ cui bene facitis attẽdẽtes: quasi lucerne lucẽti in caliginoso loco: donec dies illucescat et lucifer oriat̄ in cordib⁹ vestris ¶ Secundũ Matheũ. v

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare: q̄a veni soluere legẽ aut ꝓphetas. Non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celũ et terra: iota vnũ aut vnus apex nõ preteribit a lege donec oīa fiãt Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis/ et docuerit sic hoīes: minimus vocabit̄ in regno celoꝝ. Qui autẽ fecerit et docuerit: hic magn⁹ vocabit̄ in regno celoꝝ. ¶ Dñica.ii. Officiũ.

FActus est dñs ꝓtector meus: et eduxit me in latitudinẽ: saluũ me fecit/quoniam voluit me. ps. Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ et refugium meũ et liberator meus. Oratio.

SAncti noīs tui dñe timorẽ pariter et amorẽ fac nos habere perpetuũ: q̄a nũq̄ tua gubernatiõe destituis / quos in soliditate tue dilectiõis instituis. Per do.

Lectio ep̄le btī iohãnis apl̄i.j.iij.

CArissimi. Nolite mirari: si odit vos mundus. Nos scimus qm̄ trãslati sumus de morte ad vitã: qm̄ diligim⁹ fratres. Qui nõ diligit: manet in morte. Oīs q̄ odit fratrẽ suum/homicida est. Et scitis quoniã oīs homicida: nõ habet vitã eternã in se manentẽ. In hoc cognouimus caritatẽ dei: qm̄ ille pro nobis aīam suã posuit: et nos debem⁹ pro fratrib⁹ aīas ponere. Qui habuerit substãtiã huius mundi/⁊ viderit fratrẽ suũ necessitatẽ patiẽtẽ: ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? Filioli mei: non diligamus verbo/neq̄ lingua: sed opere et veritate. Gr. Ad dñm cũ tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Dñe libera aīam meã: a labijs iniquis/et a lingua dolosa. Alla. ℣ Deus iudex iustus fortis et patiẽs: nũq̄d irascit̄ per singulos dies?

¶ Secundũ Lucam. xiiij.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã fecit cenã magnã et vocauit multos. Et misit seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt venirent: q̄a iã parata sunt oīa. Et ceperunt simul oẽs excusare. Primus dixit illi. Uillã emi: et necesse habeo exire: et videre illam. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit Juga boum emi quinq̄: et eo probare illa. Rogo te/ habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorẽ duxi: et ideo nõ possum venire. Et reuersus seruus: nũciauit hec dño suo. Tũc irat⁹ paterfamilias: dixit ser-

uo suo. Exi cito in plateas/ et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles: cecos et claudos: itroduc huc. Et ait seruus. Dñe: factū est vt iperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo Exi in vias et sepes: et compelle intrare: vt impleat domus mea. Dico autē vobis: q nemo viroꝝ illorum qui vocati sunt: gustabit cenā meā. Offer. Dñe cōuertere et eripe aīam meā: saluū me fac ꝑpter miam tuā.

Secreta. Oblatio nos dñe tuo noī dicanda purificet: et de die in diē/ ad celestis vite trāsferat actionē. Per. Cōio. Cantabo domino qui bona tribuit mihi: et psallam nomini domini altissimi. Postcōio.

Sumptis dñe muneribus sacris: qs: vt cū frequētatiōe mysterij: crescat nr̄e salutis effect? P. ¶ Feria.iiij. Ad ephesios. iiij

Fratres Hoc dico et testificor in dño: vt iā nō ambuletis sicut et gētes ambulāt in vanitate sēsus sui: tenebris obscuratū habētes itellectū: alienati a via dei: per ignorantiā que est in illis: propter cecitatē cordis ipsoꝝ. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie: in operationē immūdicie: oēs in auariciā. Uos autē non ita didicistis christū: si tamen illū audistis: et in ipso edocti estis: sicut est veritas i iesu. Deponite vos secundū pristinā cōuersationē veterē hoiem qui corrūpit secundū desideria erroris. Renouamini autem spiritu mētis vestre: et induite nouū hoiem: qui secūdū deū creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. In christo iesu: dño nostro.

¶ Secundū Matheū. xxi.

In illo tpe. Cum venisset iesus in tēplū: accesserūt ad eū principes sacerdotū et seniores populi/ dicētes. In qua potestate hec facis: et qs dedit tibi hāc potestatē Respōdēs iesus/ dixit illis Interrogabo vos: et ego vnū sermonem: quē si dixeritis michi: et ego vobis dicā i qua potestate hec facio Baptismus iohannis vnde erat: de celo/ an ex hoibus? At illi cogitabāt intra se dicentes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerim? ex hoibus: timemus turbā. Oēs eni habebāt iohānē: sicut ꝑphetā Et respōdētes iesu/ dixerūt. Nescimus. Ait illis et ipse. Neqꝫ ego dico vobis: i qua potestate hec facio.

¶ Dñica iij. post trinitatē. Offm

Respice in me et miserere mei dñe: quoniam vnicus et paup sū ego: vide humilitatē meā et laborē meum: et dimitte oīa peccata mea/ deus meus ps. Ad te dñe leuaui aīam meā: deus meus in te confido non erubescā. Oratio.

Deprecationē nostrā qs dñe benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxilium. Per. Lectio epl'e bti petri apl'i. j. vltio.

Carissimi Humiliamini sub potēti manu dei: vt vos exaltet in tēpore visitatiōis. Oēm sollicitudinē vestrā ꝓiciētes i eū: quoniā ipse cura est de vobis. Sobrij estote et vigilate: qa aduersarius vester diabolus tāq leo rugiēs cir

cuit q̄rens quē deuoret. Cui resisti te fortes i fide: sciētes eandē passio nē ei: que in mundo est: vestre fra- ternitati fieri. Deus aūt oīs gratie qui vocauit vos in eternā suā glo- riā: in christo iesu modicū passos: ipse pficiet/ ɔfirmabit/ solidabitq; Ipsi gloria ꝛ imperiū: in secula se culorꝫ. Gr. Jacta cogitatū tuū in dño: et ipse te enutriet. V. Dū clamarē ad dñz: exaudiuit vocē meā: ab his qui appropin- quāt mihi. Alla. V. Diligā te dñe vtus mea: dñs firmamētū meū et refugiū meū et liberator meus. ¶ Scdm lucā. xv

IN illo tpe. Erāt appropin- quātes ad iesū publicani et peccatores vt audirēt illū. Et mur murabāt scribe et pharisei dicētes q̄a hic peccatores recipit: et mādu cat cū illis. Et ait ad illos parabo- lā istā: dicens. Quis ex vobis hō q̄ habet cētū oues: et si pdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonaginta- nouē i deserto: et vadit ad illā que perierat: donec iueniat illam? Et cū inuenerit eā: imponit in hume ros suos gaudēs. Et veniēs domū cōuocat amicos et vicinos/ dicens illis. Cōgratulamini mihi: q̄a in- ueni ouē meā q̄ perierat. Dico vo- bis q̄ ita gaudiū erit in celo super vno peccatore penitētiā agente: q̄ supra nonagintanouē iustis: qui nō indigēt penitētia. Aut que mu lier habēs dragmas decē: si pdide- rit dragmā vnā: nōne accendit lu- cernā: et euertit domū/ et q̄rit dili- gēter donec inueniat eā? Et cū in- uenerit: ɔuocat amicas et vicinas dicēs. Cōgratulamini michi: q̄a i ueni dragmā quā perdiderā. Ita dico vobis: gaudium erit coram angelis dei sup vno peccatore: pe nitētiam agēte. Offr. Sperēt in te oēs qui nouerunt nomen tuū dñe: quoniā nō derelinquis querentes te: psallite dño qui habitat in syon: quoniā nō est oblitus orationem pauperum. Secreta.

MUnera tibi domīe q̄s obla- ta scifica: vt tui nobis vni- geniti corpus et sāguis fiāt ad me delā. Qui tecū. Cōio. Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurē tuā/ et exaudi verba mea. Postcōio.

SAcris dñe muneribꝰ perce- ptis q̄s: vt nos eorū virtu- te: et a vicijs oībus expies: et donis gratie tue iugiter repleas. Per do.

¶ Feria.iiij. Ad timotheū. ij. iiij

CArissime. Dñs mihi astitit et cōfortauit me: vt per me predicatio adimpleat. Et audiant oēs gentes: quia liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominꝰ ab omni opere malo: et saluū faci- et in regnū suum celeste. Ipsi glo- ria in secula seculorū. Amen.

¶ Secundū Matheū. v.

IN illo tpe. Dixit iesus disci pulis suis. Esto cōsentiēs ad uersario tuo cito dum es in via cū eo: ne forte tradat te aduersarius iudici: et iudex tradat te ministro/ et in carcerē mittaris. Amē dico ti bi nō exies inde: donec reddas no- uissimū q̄drātē. Audistis: q̄a dictū est ātiq̄s nō mechaberis. Ego aūt dico vobis: q̄a oīs qui viderit mu- lierē ad cōcupiscēdū eā: iā mecha- tus est eam in corde suo. Qd si ocu lus tuus dexter scādalizat te: erue eū et pijce abs te. Expedit eni tibi

vt pereat vnū membrorū tuorꝫ: q̄ꝫ totū corpus tuū eat in gehēnam.

¶Dominica.iiii. Officium.

Dominus illuminatio mea: et salus mea quē timebo: dñs defensor vite mee: a quo trepidabo: q̄ tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt. ps. Si consistant aduersum me castra: nō timebit cor meū. Oro.

Protector in te sperātiū deus sine quo nichil est validū nichil sanctū: multiplica sup nos misericordiā tuā: vt te rectore/te duce: sic trāseamus per bona tēporalia: vt nō amittamus eterna. Per dñm. Ad romanos. viii.

Fratres. Existimo enim: q̄ nō sunt ꝯdigne passiōes huius tēporis: ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. Nā expectatio creature: reuelationem filiorū dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est/nō volens: sed propter eū q̄ subiecit eā in spe. Quia ꝯ ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis: in libertatē glorie filiorū dei. Scimus enī q̄ oīs creatura ingemiscit: et parturit vsq̄ adhuc Non solū autē illa: sed et nos ipsi: primitias spiritus habētes: et ipsi intra nos gemimus: adoptionē filiorū dei: expectantes redēptionē corpis nostri. In christo iesu: dño nostro. Gr. Propicius esto dñe peccatis nostris: nequādo dicant gētes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorē nois tui dñe libera nos. Alla ℣. Dñe i virtute tua letabit rex: et sup salutare tuum exultabit vehemēter

¶Secundū Lucam. vi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes/sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite cōdēnare: et nō cōdēnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date/ꝯ dabit vobis. Mēsuram bonā et confertā et coagitatā et supeffluētē: dabūt in sinū vestrū. Eadē q̄ppe mēsura qua mēsi fueritis: remetiet vobis. Dicebat autē illis: ꝯ similitudinē. Nunq̄d potest cecus cecū ducere? Nōne ābo in foueā cadūt? Nō est discipulus super magistrum. Perfectus autē oīs erit: si sit sicut magister eius. Quid autē vides festucā in oculo fratris tui: trabē autē que in oculo tuo est/nō cōsideras? Aut q̄modo potes dicere fratri tuo/frater: sine eijciā festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabē nō vides? Ipocrita: eijce primū trabē de oculo tuo: et tūc perspicies/vt educas festucā de oculo fratris tui. Offꝫ. Illumina oculos meos: ne vnq̄ obdormiā in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Secreta.

Respice q̄s dñe munera supplicātis ecclesie: et saluti credentiū/perpetua sanctificatiōe sumenda concede. Per dominum.

Cōio. Dominus firmamentum meum/ et refugium meum/et liberator meus: deus meus adiutor meus. Postcōio.

Sancta tua nos dñe sumpta viuificent: et mie sēpiterne p̄parēt expiatos. P. ¶Feria.iiii. ¶Lectio epl'e bti iohis apl'i.ii

Carissimi. In hoc scimus q̄m

cognouimus deũ: si mãdata eius seruamus. Qui dicit se scire eũ: et mãdata eius nõ seruat: mẽdax est et in hoc veritas nõ est. Nã qui custodit verbũ eius: vere in hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimus quoniã in ipso sum⁹. Qui dicit se in xp̃o manere: debet queãdmodũ ille ambulauit: et ipse ambulare.

¶ Secundũ Matheũ. xvij.

In illo tp̃e. Interrogauerũt discipuli iesũ / dicẽtes. Quid scribe dicũt: q̃ helyã oporteat primũ venire? At ille respõdẽs: ait eis Helyas q̃dẽ vẽturus est: et restituet oĩa. Dico autẽ vobis: q̃a helias iã venit: et nõ cognouerũt eũ: sed fecerũt in eo q̃cũq̃ voluerũt. Sic et filius hoĩs passurus est ab eis Tũc intellexerũt discipuli: q̃a de iohanne baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbã: accessit ad eum hõ genibus prouolutus ante eũ dicẽs Dñe miserere filio meo: q̃a lunaticus est / et male patit̃. Nã sepe cadit in ignẽ: et crebro in aquã: et obtuli eũ discipulis tuis: et nõ potuerũt curare eũ. Rñdẽs aũt iesus ait O generatio incredula et p̃uersa: quousq̃ ero vobiscũ: vsq̃quo patiar vos? Afferte huc illum ad me Et ĩcrepauit eũ iesus: et exijt ab eo demoniũ: et curatus est puer ex illa hora. ¶ Dñica quinta. Officiũ.

Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te: adiutor meus esto ne derelinq̃s me / neq̃ despicias me de⁹ salutaris meus. Ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Oratio.

Da nobis q̃s dñe: vt et mũdi cursus / pacifice nobis tuo ordine dirigat̃: et ecclesia tua tranquilla deuotione letet̃. Per dñm. Lectio ep̃le beati petri ap̃li. i. iij.

Carissimi. Oẽs vnanimes ĩ oratione estote cõpatientes: fraternitatis amatores: misericordes: modesti: humiles. Non reddẽtes malũ pro malo: vel maledictum pro maledicto: sed ecõtrario benedicentes. Quia in hoc vocati estis: vt bñdictionẽ hereditate possideatis. Qui eni vult vitã diligere / et cupit videre dies bonos: coerceat linguã suam a malo: et labia eius ne loquant̃ dolũ. Declinet autẽ a malo / et faciat bonũ: inq̃rat pacẽ / et sequat̃ eã. Quia oculi dñi sup iustos: et aures eius ad preces eorũ Vultus autẽ dñi: sup faciẽtes mala. Et quis est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter iustitiã: beati. Timorem autem eorum ne timueritis: vt non cõturbemini. Dñm autẽ christũ sanctificate in cordibus vestris. Gr. Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutum: exaudi preces seruorum tuorũ. Alleluia. ℣. In te domine speraui non confundar in eternũ: in tua iusticia libera me et eripe me. inclina ad me aurem tuã: accelera vt eripias me.

¶ Secundũ Lucam. v.

In illo tp̃e. Cũ turbe irruerẽt ad iesũ vt audirẽt verbũ dei: et ipse stabat secus stagnũ genezareth. Et vidit duas naues stãtes secus stagnũ: piscatores aũt descẽderãt: et lauabãt rethia. Ascen-

dẽs ãt in vnã naui q̃ erat simonis: rogauit eũ vt a terra reduceret pusillũ Et sedẽs: docebat de nauicula turbas. Ut cessauit ãt loq̃: dixit ad simonẽ. Duc i altũ: ⁊ laxate rethia vr̃a in capturã. Et r̃ndẽs symõ: dixit illi. Preceptor: p totã noctẽ laborãtes nihil cepim⁹: i v̾bo ãt tuo laxabo rethe. Et cũ hoc fecisset: cõcluserũt pisciũ multitudinẽ copiosã. Rũpebat̃ aũt rethe eoꝝ: et ãnuerũt socijs q̃ erãt i alia naui: vt venirẽt et adiuuarẽt eos. Et venerũt: et ipleuerũt ãbas nauiculas/ ita vt pene mergerent̃. Q̃d cũ videret symõ petr⁹: pcidit ad genua iesu/ dicẽs. Exi a me dñe: q̃a hõ pctõr sũ. Stupor eni circũdederat eũ: ⁊ oẽs q̃ cũ illo erãt i captura pisciũ/ quã ceperãt. Siľiter ãt iacobũ/ ⁊ iohãnẽ/ filios zebedei: q̃ erãt socij symonis. Et ait ad symonẽ iesus. Noli timere: ex hoc iã hoĩes eris capiẽs. Et subductis ad terrã nauibus: relictis oĩbus/ secuti sũt eum. Offer.

Bñdicã dñm q̃ mihi tribuit itellectũ, puidebã deum in ꝯspectu meo semp quoniã a dextris est mihi ne cõmouear. Secreta

Ascẽdãt q̃s dñe p̃ces hũilitatis nr̃e i ꝯspectu clemẽtie tue: ⁊ descẽdat sup hec oblata v̾tus tue diuinitatis: quã nr̃is q̃qꝫ purificãdis mẽtib⁹ largiaris. P. Cõio

Unã petij a dño hãc req̃rã: vt ĩhabitẽ i domo dñi: oĩbus diebus vite mee. Postcõ.

Misteria nos dñe q̃s sctã purificẽt: et suo munere tueãt̃ P. Feria iiij. Ad timotheũ. j. ij

Carissime. Obsecro p̃mũ oĩa fieri obsecratiões/ oraões/ postulatiões/ gratiaꝝ actiões: pro oĩbus hoĩb⁹. Pro regibus / et oĩb⁹ q̃ in sublimitate sũt ꝯstituti: vt q̃etã et trãq̃llã vitã agamus/ i oĩ pietate et castitate. Hoc eni bonũ est ⁊ acceptũ corã saluatore nostro deo: q̃ oẽs hoĩes vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire. Unus eni de⁹: vnus et mediator dei et hoĩm homo xp̃us iesus: q̃ dedit redẽptionẽ semetipsũ pro oĩb⁹. Cuius testimoniũ tẽporib⁹ suis ꝯfirmatũ est: in quo positus sum ego p̃dicator ⁊ apostolus. Ueritatẽ dico nõ mẽtior: doctor gentiũ: in fide et veritate. Secundũ Lucam. viij.

In illo tpe. Factũ est in vna dierũ: et iesus ascẽdit in nauiculã ⁊ discipuli eius. Et ait ad illos. Trãsfretemus trãs stagnum Et ascẽderunt. Nauigãtibus aũt illis: obdormiuit. Et descẽdit procella venti in stagnũ: et cõpellebãt̃ fluctibus/ ⁊ periclitabant̃. Accedẽtes autẽ: suscitauerũt eũ dicentes. Preceptor: perim⁹. At ille surgẽs: increpauit vẽtũ et tẽpestatẽ aque: et cessauit. Et facta est tranq̃llitas Dixit autẽ illis. Ubi est fides vr̃a? Qui timẽtes mirati sũt: adinuicẽ dicẽtes. Quis putas hic est? Quia ventis imperet et mari: ⁊ obediũt ei. Dñica. vj. Officium.



Dominus fortitudo plebis sue: et ptector salutarium christi sui est saluũ fac populũ tuũ dñe: et bñdic hereditati tue: et rege eos vsqꝫ in seculũ. ps

Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me: et assimilabor descendentibus in lacum. Oratio.

Deus qui diligētibus te bona inuisibilia ꝑparasti infūde cordib⁹ nostris tui amoris affectū: vt te in oībus et sup oīa diligētes: promissiones tuas que omne desiderium superāt cōsequamur. Per dñm. Ad romanos. vj.

Fratres q̄cūq; baptizati sumus in xp̄o iesu: ī morte ipsius baptizati sum⁹. Cōsepulti enī sum⁹ cū illo ꝑ baptismū in mortē vt q̄modo xp̄s surrexit a mortuis ꝑ gloriā patris: ita et nos in nouitate vite āmbulemus. Si enī cōplātati facti sumus similitudini mortis ei⁹: simul & resurrectiōis erim⁹. Hoc sciētes q̄a vet⁹ homo noster simul crucifixus est vt destruat corpus peccati: vt vltra nō seruiam⁹ peccato. Qui enī mortu⁹ est: iustificatus est a pctō. Si autē mortui sumus cū xp̄o: credimus q̄a simul etiā viuemus cū xp̄o. Scientes q̄ xp̄s resurgēs ex mortuis iā nō morit: mors illi vltra nō dñabit. Qđ enī mortuus est pctō: mortuus est semel. Qđ aūt viuit/viuit deo Ita et vos: existimate vos mortuos q̄dē esse pctō: viuētes autē deo. In xp̄o iesu: dño nr̄o. Gr. Cōuertere domine aliquātulū: et deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiū fact⁹ es nobis: a generatiōe et ꝓgenie. Alla. ℣. Eripe me de īimicis meis de⁹ meus: et ab insurgētibus ī me libera me. Scđm matheū. v

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis q̄a nisi abūdauerit iusticia vestra plus q̄ scribaꝝ et phariseoꝝ: nō intrabitis in regnū celoꝝ. Audistis: q̄a dictū est āntiq̄s: nō occides. Qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: q̄a oīs q̄ irascit fratri suo: re⁹ erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: reus erit ↄsilio. Qui āt dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers mun⁹ tuū ad altare: & ibi recordatus fueris: q̄a frater tuus habet aliq̄d aduersū te: relinq̄ ibi mun⁹ tuū ante altare: et vade ꝓus recōciliari fratri tuo. Et tūc veniēs: offeres munus tuū. Offr. Perfice gressus meos ī semitis tuis vt nō moueāt vestigia mea: inclina aurē tuā et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te dñe. Secreta.

Propiciare dñe supplicationibus nr̄is: & has oblatiōes famuloꝝ tuoꝝ benignus assume: vt qđ singuli obtulerūt ad honorē tui noīs: cūctis ꝓficiat ad salutē Per. Cōio. Circuibo et imolabo in tabernaculo eius: hostiā iubilatiōis cātabo et psalmū dicam domino. Postcōio.

Quos dñe celesti dono satiasti: ꝓsta q̄s: vt a nostris mūdemur occultis: et ab hostiū liberemur insidijs. Per. Feria. iiij.

Lectio epl̄e bt̄i iohānis apl̄i. j. ij.

Carissimi. Nō scripsi vobis q̄si ignorātib⁹ veritatē: sed q̄si sciētibus eā: q̄m oē mēdaciū ex veritate nō est. Quis est mēdax: nisi is q̄ credit q̄m ies⁹ nō est xp̄s: Hic est antixp̄us: q̄ negat patrē et filiū Oīs q̄ negat filiū: nec patrē habet Qui aūt ↄfitet filiū: & patrē habet Vos quod audistis ab ītio: in vobis permaneat. Quia si in vobis ꝑmāserit quod audistis ab initio: et vos in filio et patre manebitis

Et hec est repromissio: quam ipse pollicitus est nobis vitã eternã.

¶Secundũ Marcum. x.

In illo tpe. Cũ egressus esset iesus in via: pcurrẽs q̃dã genuflexo ante eũ: iterrogabat eũ dicens. Magister bone: qd faciã vt vitã eternã pcipiã? Jesus autẽ dixit ei Quid me dicis bonũ. Nemo bonus nisi solus de?. Precepta nosti? Jlle dixit. Que? Ne adulteres/ne occidas/ne fureris/ne falsũ testimoniũ dixeris/ne fraudẽ feceris honora patrẽ tuũ et matrẽ. At ille respondẽs ait illi. Magister bone: hec oĩa custodiui a iuuẽtute mea. Jesus autẽ intuitus eũ dilexit eũ: et dixit ei. Unũ tibi deest. Uade: vende oĩa q̃cũq3 habes et da paupibus: et habebis thesaurũ in celo: et veni seq̃re me ¶Dñica vij. Offm



Omnes gẽtes plaudite manib?: iubilate deo in voce exultatiõis. ps Subiecit populos nobis et gẽtes sub pedibus nostris.

Deus virtutũ cuius est Oro totũ qd est optimũ: insere pectorib? nostris amorẽ tui nois: et psta in nobis religiõis augmentũ: vt q̃ sũt bona nutrias: ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per. Ad romanos. vj.

Fratres. Humanũ dico: pter infirmitatẽ carnis vestre. Sicut eni exhibuistis mẽbra vestra seruire imũdicie et iniq̃tati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra vestra seruire iusticie in sanctificationẽ. Cũ eni serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis: in q̃bus nũc erubescitis? Nã finis illorũ mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui aũt facti deo. Habetis fructũ vestrũ in sãctificationẽ: finẽ vero vitã eternã. Stipẽdia eni peccati: mors. Gratia autẽ dei: vita eterna. Jn christo iesu dño nro

Gr. Uenite filij audite me: timorem dñi docebo vos. V. Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre nõ cõfũdent. Alleluia. V. Te decet hymnus deus in syõ et tibi reddetur votum in hierusalem.

¶Secundũ Marcum. viij.

In illo tpe. Cum turba multa esset cum iesu nec haberẽt qd mãducarẽt: cõuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbã: q̃a ecce iam triduo sustinẽt me nec habẽt qd manducẽt. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suã: deficient in via. Quidã eni ex eis de longe venerũt Et rñderũt ei discipuli sui. Unde istos poterit q̃s hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septẽ. Et pcepit turbe discũbere sup terrã. Et accipiẽs septẽ panes: gratias agẽs fregit et dabat discipulis suis: vt apponerẽt. Et apposuerunt turbe Et habebant pisciculos paucos: et ipsos bñdixit: et iussit apponi. Et mãducauerũt et saturati sunt. Et sustulerunt qd supauerat de fragmẽtis septẽ sportas. Erãt aũt qui mãducauerũt: q̃si q̃ttuor milia: et dimisit eos. Offr. Sicut in olocaustũ arietum et taurorũ et sicut in milibus agnorum pinguiũ: sic fiat sacrificiũ nostrũ i cõspectu tuo hodie vt cõplaceat tibi: q̃a non

est cōfusio ↄfidētibus in te dñe. Secreta

PRopiciare dñe supplicationibus nostris: et has oblationes populi tui benignus assume et vt nulli⁹ sit irritū votū: nullius vacua postulatio: p̄sta q̄s: vt q̄d fideliter petimus: efficaciter ↄsequamur. Per dñm. Cōio. Inclina aurē tuā: accelera vt eruas nos. Postcōio.

REpleti dñe muneribus tuis tribue q̄s: vt et eorū mundemur effectu et muniamur auxilio P. ¶ Feria iiij. Ad romanos. viij

FRatres. Nihil nūc dānationis est his: q̄ sūt in christo iesu: q̄ nō secūdū carnē ambulant Lex enī sp̄us vite in christo iesu: liberauit me a lege peccati ꝑ mortis Nā q̄d ipossibile erat legi: in quo infirmabaꝛ per carnē de⁹ filiū suū mittēs in similitudinē carnis peccati. Et de peccato dānauit peccatū in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis. Qui nō scd̄m carnē ābulamus: sed secundū spiritū Qui enī scd̄m carnē sunt: q̄ carnis sūt sapiūt. Qui vero scd̄m spiritū sūt q̄ sūt sp̄us sentiūt. Nā prudentia carnis mors est. Prudētia autē sp̄us vita et pax. In xp̄o iesu dño nostro. ¶ Secundū Matheū. xij

IN illo tp̄e. Abijt iesus sabbato per sata: discipuli autē ei⁹ esuriētes ceperūt euellere spicas et māducare. Pharisei āt vidētes dixerūt ei Ecce discipuli tui faciūt q̄d nō licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Nō legistis q̄d fecerit dauid quādo esurijt et qui cū illo erāt. Quomodo itrauit in domū dei et panes propositiōis comedit q̄s nō licebat ei edere neqꝫ his q̄ cū eo erāt nisi solis sacerdotib⁹. Aut non legistis in lege: q̄a sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatū violāt: et sine crimine sunt. Dico aūt vobis: q̄a tēplo maior est hic. Si aūt sciretis q̄d est miam volo et nō sacrificiū: nūq̄ ↄdēnassetis inocētes

¶ Dñica. viij. Officium.

SUscepimus deus misericordiā tuā: in medio tēpli tui. secundū nomē tuū deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. p̄s. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Orō.

DEus cuius ꝓuidentia in sui dispositiōe nō falliꝛ: te supplices exoram⁹ vt noxia cūcta submoueas et oīa nobis ꝓfutura cōcedas. Per. Ad romanos. viij.

FRatres. Debitores sumus nō carni: vt scd̄m carnē viuamus. Si enī secūdū carnē vixeritis moriemini. Si aūt sp̄u facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunqꝫ enī spiritu dei aguntur hi sunt filij dei. Nō enī accepistis spiritū seruitutis iterū in timore: sed accepistis spiritū adoptiōis filiorū dei: in quo clamamus abba pater Ipse enī spiritus: testimoniū reddit spiritui nostro: q̄ sum⁹ filij dei Si aūt filij ꝑ heredes. Heredes q̄dē dei coheredes aūt christi. Gr. Esto mihi in deū protectorē: et in locum refugij vt saluū me facias. V. Deus in te speraui dñe nō cōfundar in eternum. Alla. V. Attendite popule meus legem meam.

¶ Secundū Matheum. vij.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attēdite a falsis prophetis qui veniūt ad vos in vestimētis ouiū: itrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorū: cognoscetis eos. Nunqd colligūt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic oīs arbor bona: fruct⁹ bonos facit. Mala autē arbor: fruct⁹ malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere: neqȝ arbor mala / fruct⁹ bonos facere. Oīs arbor que nō facit fructū bonū: excidetur: et in ignē mittet. Igitur ex fructib⁹ eorū: cognoscetis eos. Nō oīs qui dicit michi dñe dñe: intrabit in regnū celorū: sed qui facit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnū celorū. Offer. Populum humilē saluū facies dñe: et oculos superborum humiliabis: quoniā quis deus preter te dñe. Secreta.

DEus qui legaliū differētias hostiarū vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificiū a deuotis tibi famulis oblatum et pari benedictione sicut munera iusti abel sctifica: vt qd singuli obtulerūt ad maiestatis tue honorē / cūctis pficiat ad salutē. Per dñm. Cōio. Gustate et videte: quoniā suauis est dñs: beat⁹ vir q̄ sperat in eo. Postcō.

TUa nos domine medicinalis opatio: ꝛ a nostris puersitatib⁹ clemēter expediat: et ad ea que recta sunt pducat. Per dñm.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. v.

FRatres. Cōmēdat de⁹ caritatē suā i nobis: quoniā si cū adhuc peccatores essem⁹ secūdū tēpus christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nunc in sanguine eius salui erimus ab ira per ipsū. Si enī cū inimici essemus: reconsiliati sumus deo per mortē filij eius: multo magis recōsiliati / salui erim⁹ in vita ipsius. Non solum autē: sed ꝛ gloriamur in deo. Per dñm nostrū iesum christū. ¶ Scdm Marcū. ix.

IN illo tpe. Dixerūt discipuli ad iesum. Magister: vidimus quendā in noīe tuo eijciētem demōia: et phibuimus eū qa nō sequit nos. Jesus aūt ait illis. Nolite prohibere eū. Nemo est enī qui facit virtutē in noīe meo: et possit cito male loqui de me. Qui enim nō est aduersum vos: pro vobis est. Quisqȝ enī potū dederit vobis calicē aq̄ frigide in noīe meo / qa xpi estis: amē dico vobis nō pdet mercedē suā. Et quicūqȝ scandalisauerit vnū ex his pusillis credētib⁹ in me: bonū est ei magis / si circundaretur mola asinaria collo eius: et in mare mitteret. Et si scandalisauerit te manus tua: abscide illam. Bonū est tibi debilē intrare in regnū dei: q̄ duas manus habētem / ire in gehennā in ignē inextinguibilē: vbi vermis eorū nō moritur et ignis nō extinguit. Et si pes tu⁹ scādalisat te: amputa illū. Bonū est tibi claudū introire in vitā eternā: q̄ duos pedes habētē / mitti in gehēnā ignis iextinguibilis. Ubi vermis eorum nō morit: et ignis nō extinguitur. Et si oculus tuus scādalisat te: erue eū. Bonū est tibi luscū introire in regnum dei: q̄ duos oculos habentē: mitti in ge-

hẽnam ignis. Ubi vermis eorum non moritur: et ignis nõ extinguitur. ¶ Dñica ix. Officium.



Ecce deus adiuuat me et dñs susceptor est aĩe mee/auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector meus dñe. ps. Deus in noĩe tuo saluũ me fac: et in virtute tua libera me.

Largire nobis q̃s Oratio. dñe semp spiritũ cogitãdi que recta sunt ꝓpicius ⁊ agẽdi: vt qui sine te esse nõ possumus: secundũ te viuere valeamus. Per dominum. Ad corinthios. j.x.

Fratres. Nõ simus cõcupiscientes malorũ sicut et illi cõcupierunt. Neqꝫ idolatre efficiamini sicut quidã ex ipsis: queadmodũ scriptũ est. Sedit populus mãducare et bibere: ⁊ surrexerunt ludere. Neqꝫ fornicemur sicut quidã ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt vna die/viginti tria milia. Neqꝫ tẽptemus christũ/sicut q̃dã eorꝫ tẽptauerũt: et a serpentibꝰ perierunt. Neqꝫ murmurauerỹtis sicut quidã eorũ murmurauerũt: ⁊ perierũt ab exterminatore. Hec autẽ oĩa: in figura contingebãt illis. Scripta autẽ sũt hec ad correptionem nostrã: in quos fines seculorꝫ deuenerũt. Itaqꝫ qui se existimat stare: videat ne cadat. Temptatio vos nõ apprehẽdat nisi humana. Fidelis autẽ deus est: qui nõ patietur vos tẽptari: supra id quod potestis: sed faciet cũ tẽptatione etiã ꝓuentũ: vt possitis sustinere. Gr. Dñe dñs noster: q̃ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. V. Quoniã eleuata est magnificẽtia tua sup celos. Alla. V. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmũ iocundũ cũ cythara.

¶ Secundũ Lucam. xvj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã erat diues qui habebat villicũ: et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsiꝰ. Et vocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicatiõis tue. Iã eni nõ poteris villicare. Ait autẽ villicus intra se Quid faciã/q̃a dñs meus aufert a me villicationẽ? Fodere nõ valeo mẽdicare erubesco. Scio q̃d faciã vt cũ amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Conuocatis itaqꝫ singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quãtum debes dño meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionem tuã: et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quãtum debes? Qui ait. Centũ choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dñs villicum iniquitatis q̃a prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in generatiõe sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Offer. Iusticie domini recte letificantes corda: et dulciora sup mel et fauum: nam ⁊ seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe munera q̃s dñe que tibi de tua largitate deferi-

mus: vt hec sacrosācta mysteria: gratie tue operāte virtute: et p̄sentis vite nos conuersatione sanctificent: et ad gaudia sempiterna perducant. Per. Cōio. Primū q̄rite regnū dei: et oīa adijciētur vobis dicit dominus.

SIt nobis dñe q̄s Postcōio reparatio mētis et corporis celeste mysteriū: vt cui⁹ exeq̄mur actionē: sentiamus effectū. P do.

Feria. iiij. Ad romanos. vj.

FRatres. Nescitis q̄m cui exhibet vos seruos ad obediēdum: serui estis ei⁹ cui obedistis: Siue peccati ad mortē: siue obeditiōis ad iusticiā. Gratias aūt deo/ q̄d fuistis serui pcti: obedistis autē ex corde in eam formā doctrine/ in qua traditi estis. Liberati autē a peccato: serui facti estis iusticie In xp̄o iesu: dño nr̄o Scd̄m lucā. xvj

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est. Et qui in modico iiquus est: et in maiori iiquus est. Si ergo in iniq̄ māmona fideles nō fuistis: q̄d verū est q̄s credet vobis: Et si in alieno fideles nō fuistis: q̄d vestrū est q̄s dabit vobis: Nemo seruus potest duobus dñis seruire. Aut enī vnū odiet/ et alterum diliget: aut vni adherebit/ et alterū contēnet. Nō potestis deo seruire et māmone. Audiebāt enī hec oīa pharisei qui erāt auari: et deridebant illū. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos corā hoībus: deus autē nouit corda vestra. Quia q̄d hoībus altū est: abhominatio est ante deū

Dñica x. post trinitatē. Offm̄.

DUm clamarē ad dñm exaudiuit vocem meā ab his qui appropinquāt mihi: et hūiliauit eos qui est ante secula et manet in eternū: iacta cogitatū tuū i dño: et ip̄e te enutriet. Ps Exaudi de⁹ orationē meā: et ne despexeris deprecationē meā: itēde mihi et exaudi me.

PAteāt aures miē tue Orō. dñe/ p̄cibus supplicātiū: et vt petētibus desiderata ɔcedas: fac eos que tibi placita sunt postulare Per do. Ad corinthios. j. xij.

FRatres. Scitis quoniā cū gētes essetis: ad simulacra muta p̄ut ducebami eūtes. Ideo notū vobis facio: q̄ nemo in spiritu dei loquēs: dicit anathema iesu Et nemo potest dicere dñs ies⁹: nisi in spiritu sācto. Diuisiōes vero gratiarū sunt: idē autē sp̄us. Et diuisiōes ministrationū sūt: idē aūt dñs. Et diuisiōes operationū sūt/ idē vero deus/ q̄ opat̄ oīa in oībus Unicuiq̄ autē datur manifestatio spiritus/ ad vtilitatē. Alij q̄dē per spiritū/ dat̄ sermo sapiētie: alij autē/ sermo sciētie scd̄m eūdē spiritū Alteri fides: in eodē sp̄ū. Alij gr̄a sanitatū/ in vno spiritu. Alij operatio virtutū: alij p̄phetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarū: alij iterpretatio sermonū. Hec autē oīa operat̄ vnus atq̄ idē spiritus: diuidens singulis: prout vult. Gr̄. Custodi me dñe vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarū protege me. V. De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant eq̄tatē. Alla. V. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte corā te

¶Secundū Lucam. xix.

IN illo tpe. Cū appropinquasset iesus hierusalē: vidēs ciuitatē fleuit sup illā dicens. Quia si cognouisses et tu. Et quidem in hac die tua que ad pacē tibi: nunc autē abscōdita sunt ab oculis tuis Quia ecce venient dies in te: et circundabūt te inimici tui vallo: et circūdabūt te: et coangustabūt te vndiqꝫ: et ad terrā psternēt te ꝛ filios tuos q̄ in te sunt. Et nō relinquēt in te lapidē sup lapidē: eo qđ non cognoueris tēpus visitationis tue Et ingressus in tēplū: cepit eijcere vendētes in illo et ementes: dicēs illis. Scriptū est: quia dom⁹ mea domus orationis est. Uos autem fecistis illā: spelūcam latronū. Et erat docēs quotidie in tēplo. Offer. Ad te dñe leuaui aīam meā: de⁹ meus in te confido nō erubescā: neqꝫ irrideant me inimici mei: etenī vniuersi qui te expectāt non confundentur. Secreta.

COncede nobis hec q̄s dñe digne frequētare mysteria: q̄a quotiēs huius hostie cōmēoratio celebrat: opus nostre redēptiōis exercetur. Per dñz. Cōio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes ꝛ olocausta sup altare tuum dñe. Postcōio.

TUi nobis dñe cōmunio sacramēti: ꝛ purificationē cōferat/et tribuat vnitatē. Per dñm

¶Feria. iiij. Ad corinthios. j. xv

FRatres. Nō oīs caro / eadē caro: sed alia hoim/alia pecorū: alia volucrū: alia aūt piscium: et corpora celestia: et corpora terrestria. Sed alia quidē celestiū gl'ia: alia aūt terrestriū. Alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stellarū. Stella autem a stella differt in claritate: sic ꝛ resurrectio mortuoꝝ. Seminat in corruptione: surgit in icorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget i gloria. Seminat in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus aīale: surget corpus spiritale. Si est corpus aīale: est et spiritale: sicut scriptū est. Factus est primus homo adā in animā viuentē: nouissimus adā in spiritū viuificātē Sed nō prius qđ spiritale est: sed quod animale: deinde quod spiritale. In christo iesu: dño nostro.

¶Secundū Lucam. xxi.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attendite vobis: ne forte grauēt corda vestra in crapula et ebrietate/et curis huius vite: et supueniat in vos repētina dies illa. Tanq̄ laqueus eni superueniet in oēs qui sedent sup faciē oīs terre. Uigilate itaqꝫ orātes oi tempore: vt digni habeamini fugere ista oīa que futura sūt: et stare āte filiū hoīs. ¶Dñica. xj. Officiū.



DEus in loco sācto suo: deus q̄ ihabitare facit vnanimes i domo: ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiāt qui oderūt eū a facie ei⁹. Orō.

DEus q̄ oipotētiā tuā parcēdo maxime ꝛ miserādo manifestas: multiplica super nos gratiā tuā: vt ad tua pmissa currētes: celestiū bonorū facias esse consortes. Per. Ad corinthios. j. xv.

FRatres. Notū vobis facio euāgeliū qd̄ p̄dicaui vobis qd̄ et accepistis: in quo͞ statis: per qd̄ et saluamini. Qua ratione p͞re dicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis qd̄ et accepi: quoniā christus iesus mortuus est pro peccatis nostris secūdū scripturas: et q͞a sepultus est: et q͞a resurrexit tertia die secūdū scripturas. Et quia visus est cephe: ⁊ post hec vndecim Deinde visus est plus q̄ quingētis fratribus simul: ex quibus multi manent vsq͞ adhuc: quidā autem dormierūt. Deinde visus est iacobo: deinde apostolis oīb᷒ Nouissime aūt oīm tan͞q abortiuo: visus est ⁊ mihi. Ego enī sum minimus apostolo͞r: qui nō sum dignus vocari apostolus: quoniā persecutus sum ecclesiā dei. Gratia aūt dei sū id qd̄ sum: et gratia eius in me vacua non fuit. Gr. In deo sperauit cor meū et adiutus sum: ⁊ refloruit caro mea: et ex volūtate mea confitebor illi. V. Ad te dn̄e clamabo: de᷒ meus ne sileas ne discedas a me. Alleluia. V. Dn̄e refugium factus es nobis a generatione et ꝓgenie.

¶ Secundū Lucam. xviij.

IN illo tp͞e Dixit iesus ad q͞sdā q̄ in se cōfidebāt tan͞q iusti: ⁊ aspernabanꝫ ceteros/ parabolā istā dicēs. Duo hoīes ascēderūt in tēpl͞u vt orarēt: vnus phariseus et alter publicanus. Phariseus autē stans: hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: q͞a non sum sicut ceteri hoīm: raptores/ iiusti/ adulteri: velut etiā hic publican᷒. Ieiuno bis ī sabbato: decimas do oīm que possideo. Et publicanus a longe stās/ nolebat nec ad celū oculos leuare: sed percutiebat pectus suū dicēs. Deus: propicius esto michi peccatori. Amē dico vobis: descendit hic iustificat᷒ in domū suā ab illo. Quia oīs qui se exaltat/ humiliabiꝫ: et qui se humiliat: exaltabitur. Offr. Exaltabo te dn̄e quoniā suscepisti me: nec delectasti iimicos meos super me. dn̄e clamaui ad te et sanasti me.

TIbi dn̄e sacrificia Secreta dicata reddātur: que sic ad honorē nōis tui deferēda tribuisti vt eadē remedia nostra fieri prestares. Per. Cōio. Honora dn̄m de tua substātia: et de primitijs frugū tuarū: vt impleantur horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabunt. Postcōio.

QUesum᷒ dn̄e de᷒ noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramētis: tuis non destituas benignus auxilijs. Per dn̄m

¶ Feria. iiij. Ad corinthios. j. vj.

FRatres. Nescitis quoniā corpora vestra mēbra sunt christi? Tollēs ergo mēbra christi: facies membra meretricis? Absit. An nescitis quoniā q̄ adheret meretrici: vnū corp᷒ efficiꝫ? Erūt enī inquit duo in carne vna. Qui aūt adheret deo: vnus spirit᷒ est. Fugite fornicationē Omne enī peccatū quodcūq͞ fecerit homo: extra corpus est. Qui autē fornicaꝫ: in corpus suū peccat. An nescit᷒ quoniā mēbra vestra tēplū est spiritus sc͞ti qui ī vobis est: quē habetis a deo: et non estis vestri? Empti enī estis precio magno: glorificate et portate deum: in corpore vestro.

¶ Secundũ Lucam. xviij.
IN illo tpe. Dicebat iesus discipulis suis parabolã hanc Quoniã oportet semp orare: et nõ deficere dicens. Judex q̃dã erat in quadã ciuitate: q̃ deũ nõ timebat: et hoĩez nõ reuerebat᷑. Uidua autẽ quedã erat in ciuitate illa: et veniebat ad eũ dicẽs. Uindica me/de aduersario meo. Et nolebat p multũ tẽpus. Post hec aũt dixit intra se. Et si deũ nõ timeo/nec hoĩem reuereor: tamẽ q̃a molesta est mihi hec vidua/vindicabo illã: ne ĩ nouissimo veniẽs/sugillet me. Ait ãt dñs Audite q̃d iudex iniquitatis dixit Deus aũt nõ faciet vĩdictã electorũ suorũ clamãtiũ ad se die ac nocte: et patiẽtiã habebit in illis? Dico aũt vobis: q̃a cito faciet vĩdictã illorꝝ ¶ Dñica. xij. Officium.



DEus ĩ adiutoriũ meũ ĩtẽde: dñe ad adiuuãdũ me festina: ɔfũdantur et reuereant᷑ ĩimici mei/qui querũt animam meã. ps. Auertantur retrorsum et erubescãt qui volũt mihi mala. Orõ.

OMnipotens sẽpiterne deus: qui abũdãtia pietatis tue et merita supplicum excedis ⁊ vota: effũde sup nos misericordiã tuã: vt dimittas que cõsciẽtia metuit: et adiicias q̃ oratio non presumit. Per. Ad corinthios. ii. iii.

FRatres. Fiduciã talẽ habemus per christũ ad deũ: nõ q̃ sufficiẽtes simus cogitare aliq̃d a nobis q̃si ex nobis: sed sufficiẽtia nr̃a ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamẽti: nõ littera/sed spũ. Littera enĩ occidit: spiritus autẽ viuificat. Q̃d si ministratio mortis/litteris deformata in lapidib⁹ fuit in gloria: ita vt nõ possẽt intẽdere filii israel in faciẽ moysi pp̃ter gloriã vultus eius que euacuat᷑: quomodo nõ magis ministratio spirit⁹ erit in gloria? Nam si ministratio dãnatiõis in gloria est: multomagis abundat ministeriũ iusticie in gloria. Gr. Bñdicã dñm in oĩ tpe: semp laus eius in ore meo. ℣. Jn dño laudabit᷑ aĩa mea: audiãt mãsueti et letent᷑. Alla. ℣. Uenite exultemus dño: iubilem⁹ deo salutari nr̃o Alius ℣. Preoccupemus faciẽ eius in cõfessiõe: et ĩ psalmis iubilem⁹ ei. Jsti duo ℣. dicunt᷑ p ebdomadã alternis vicibus qñ de fe. agit᷑: ita tñ q̃ ℣. Preoccupemus/ pus dr̃: qñ mis. dñicalis p ebdo. dr̃. Et si nulla feria p hanc ebdoma. ad hoc vacauerit: tũc vltimus ℣. eo anno oĩno p̃termittat᷑

¶ Secundũ Marcũ. vij.
IN illo tpe. Exiẽs iesus de finibus tyri: venit per sydonem ad mare galilee: iter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdum et mutũ: et deprecabãtur eũ/vt ĩponat illi manũ. Et apprehendens eũ de turba seorsũ: misit digitos suos in auriculas eius: et expuens/tetigit linguam eius. Et suspiciẽs in celum: ĩgemuit/et ait illi: Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius: et solutum est vinculum lingue eius: ⁊ loquebatur recte. Et precepit illis/ne cui diceret. Quanto autem eis precipiebat: tantomagis plus p̃dicabant: et eo amplius admiraban

tur dicentes. Bene omnia fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui Offr. Precat⁹ est moyses in ꝯspectu dñi dei sui et dixit: pcatus est moyses i ꝯspectu dñi dei sui et dixit: quare dñe irasceris in populo tuo: parce ire aīe tue. memēto abraham isaac et iacob qbus iurasti dare terrā fluentē lac et mel: et placatus fact⁹ est dñs: de malignitate quā dixit facere pplo suo.

Respice qs dñe nostrā ppicius seruitutē vt qđ offerimus sit tibi munus acceptū: sitqꝫ nostre fragilitati subsidiū. P. Secreta.

Cōio. De fructu operū tuoꝝ dñe satiabitur terra: vt educas panē de terra et vinū letificet coꝛ hoīs vt exhilaret faciem in oleo et panis coꝛ hoīs confirmet. Postcōio.

Sentiamus dñe quesumus tui perceptione sacramenti subsidiū mentis et coꝛpoꝛis: vt in vtroqꝫ saluati/ celestis remedij plenitudine gloꝛiemur. Per dñm.

Feria iiii. Ad coꝛinthios. ij. iiii

Fratres. Nō nosmetipsos pdicamus: sed dñm nostrū iesum chꝛistū. Nos autē seruos vestros per iesū. Qm̄ deus qui dixit de tenebꝛis lucē splēdescere: illuxit in coꝛdib⁹ nostris ad illuminationē sciētie claritatis dei: in faciē xpi iesu. Habemus aūt thesaurū istū: in vasis fictilib⁹: vt sublimitas sit virtutis dei: et nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur: sed nō angustiamur. Apoꝛiamur: sed nō destituimur. Psecutionē patimur sed non derelinquimur: humiliamur: sed non cōfundimur. Deijcimur: sed nō perimus. Semp moꝛtificationē iesu chꝛisti in coꝛpe nostro circūferētes: vt et vita iesu in coꝛpoꝛibus nostris manifestetur.

Secundū Matheum. xj.

In illo tpe. Cepit ies⁹ exprobꝛare ciuitatibus in qbus facte sūt plurime vtutes eius: qꝛ nō egissent penitētiā. Ve tibi coꝛosaim: ve tibi bethsaida. Quia si i tyro et sydone facta essēt vtutes que facte sunt in vobis: olim in cinere et cilicio penitētiā egissent. Verūtamē dico vobis: tyro et sydoni remissius erit in die iudicij q̄ vobis. Et tu capharnaū: nūqđ vsqꝫ in celum exaltaberis? Usqꝫ in infernū descēdes. Quia si in sodomis facte fuissēt virtutes que facte sunt in te foꝛte mā sissent vsqꝫ in hunc diem. Verūtamē dico vobis: qꝛ terre sodomoꝝ remissius erit i die iudicij q̄ tibi.

Dñica. xiiii. Officiū.

Respice dñe in testamētū tuū: et aīas paupeꝛū tuoꝝ ne derelinqs in finē: exurge dñe iudica causam tuā: et ne obliuiscaris voces querētium te. ps. Ut qđ deus repulisti in finē: iratus est furoꝛ tuus super oues pascue tue. Orō

Omnipotēs et misericoꝛs deus de cui⁹ munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis qs vt ad pꝛomissiones tuas sine offēsione curramus. Per dominum.

Ad galathas. iij.

Fratres. Abꝛahe dicte sunt pmissiones: et semini ejus Nō dicit et seminibus q̄si in multis: sed quasi in vno: et semini tuo qui est chꝛistus. Hoc autem dico testamentū cōfirmatum a deo: que

post q̄dringētos et triginta annos facta est lex non irritū facit ad euacuādā ꝓmissionē. Nā si ex lege esset hereditas iā nō ex repromissiōe Abrahe aūt per repromissionē donauit de⁹. Quid igit̄ lex. Propter transgressores posita est: donec veniret semē: cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autē vnius non est/ deus autē vn⁹ est. Lex ergo aduersus ꝓmissa dei? Absit. Si eni data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura oīa sub peccato/ vt ꝓmissio ex fide iesu christi: dareť credentibus. Gr. Respice dn̄e in testamētum tuum: et aīas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge dn̄e et iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorū tuorū. Alla. ℣. Quoniā deus magnus dominus: et rex magnus sup oēm terram.

¶ Secundū Lucam. x.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico eni vobis: ꝙ multi prophete et reges voluerūt videre que vos videtis/ et nō viderunt: et audire que auditis et nō audierunt. Et ecce q̄dā legisperitus surrexit: tēptans illum et dicēs. Magister: quid faciendo vitā eternā possidebo? At ille dixit ad eū. In lege q̄d scriptum est. Quomodo legis? Ille aūt rn̄dens dixit. Diliges dn̄m deū tuū: ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: et ex oībus viribus tuis: et ex oī mente tua: et ꝓximū tuū sicut teipsū. Dixitq̧ illi. Recte respōdisti. Hoc fac et viues. Ille autē volens iustificare seipsū: dixit ad iesū. Et quis est meus ꝓximus. Suspiciēs autē iesus dixit. Homo quidā descēdebat ab hierusalē in hierico: ⁊ incidit in latrones. Qui etiā despoliauerūt eū: et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autē vt sacerdos quidā descēderet eadē via: et viso illo preterijt. Similiter et leuita cum esset secus locū et videret eum: pertrāsijt. Samaritanus autē quidā iter faciens venit secus eū: et vidēs eū/ mia motus est. Et appropiās alligauit vulnera eius: infundens oleū et vinum. Et imponens illū in iumentū suum: duxit in stabulū: et curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario et ait. Curā illius habe ⁊ quodcūq̧ supererogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis hor triū videť tibi ꝓximus fuisse/ illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi iesus. Vade: ⁊ tu fac similiter. Offr. In te speraui dn̄e: dixi tu es deus meus in manib⁹ tuis tempora mea. Secreta.

Hostias q̄s dn̄e ꝓpicius intēde quas sacris altaribus exhibemus vt nobis indulgentiam largiendo tuo noī dent honorem. Per. Cōio. Panē de celo dedisti nobis dn̄e: habentem omne delectamentū et omnem saporem suauitatis. Postcōio.

Viuificet nos q̄s dn̄e huius participatio sācta mysterij et pariter nobis expiationē tribuat et munimē. P do. ¶ Feria. iiij

Ad thessalonicēses. j. ij.

Fratres. Memores estote la

borũ nostrorũ et fatigationum nocte et die operantes: ne quẽ vestrũ grauaremus. Predicauimus enĩ in vobis: euãgeliũ dei. Uos enĩ testes estis et deus: q̃ sãcte et iuste et sine q̃rela: vobis q̃ credidistis affuimus sicut sitis: qualiter vnũquẽq; vestrũ: tanq̃ pater filios suos deprecãtes vos et cõsolãtes testificati sum⁹ vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in regnũ suũ et gloriam. Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniã cũ accepissetis a nobis verbum auditus dei: accepistis illud non vt verbum hominũ sed sicut est vere verbũ dei: qui operatur in vobis qui credidistis ¶ Scdm Matheũ.xij

In illo tpe. Abeuntes pharisei ɔciliũ faciebãt aduersus iesũ: quomodo eũ pderent. Jesus aũt sciẽs: recessit inde Et secuti sũt eũ multi: et curauit eos oẽs: et pcepit eis ne manifestũ eũ facerẽt: vt adimpleret q̃d dictũ est: per isaiã pphetã dicẽtem. Ecce puer meus quẽ elegi: dilectus me⁹: in quo bene cõplacuit aĩe mee. Ponã spiritũ meũ sup eũ: et iudiciũ gentibus nũciabit. Nõ cõtẽdet neq; clamabit: neq; audiet aliq̃s in plateis vocẽ eius. Arũdinẽ quassatã nõ confringet: et lignũ fumigãs nõ extinguet: donec eijciat ad victoriã iudiciũ: et in noĩe eius gentes sperabũt

¶ Dñica.xiiij. Officium.

Protector noster aspice de⁹ et respice in faciẽ xpi tui quia melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Ps. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ cõcupiscit et deficit aĩa mea in atria dñi. Oratio

Omñs sẽpiterne deus: da nobis fidei spei et caritatis augmentũ: et vt mereamur assequi q̃d pmittis: fac nos amare quod precipis. Per. Ad galathas. v.

Fratres. Spũ ãbulate et desideria carnis nõ pficietis. Caro enĩ concupiscit aduersus spiritũ: spũs aũt aduersus carnẽ. Hec enĩ sibi inuicẽ aduersant: vt nõ quecunq; vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducemini: nõ estis sub lege Manifesta aũt sũt opa carnis: que sũt fornicatio/ imũdicia/ auaricia/ impudicitia/ luxuria/ idolorũ seruitus/ veneficia/ inimicitie/ contẽtiones/ emulatiões/ ire/ rixe/ dissensiones/ secte/ inuidie/ homicidia/ ebrietates/ comessationes: et his similia. Que pdico vobis sicut pdixi: q̃m q̃ talia agũt: regnũ dei non cõsequent. Fruct⁹ aũt spũs est: caritas/ gaudiũ/ pax/ patiẽtia/ longanimitas/ bonitas/ benignitas/ mãsuetudo/ fides/ modestia/ cõtinẽtia castitas. Aduersus huiuscemodi: nõ est lex. Qui autẽ sũt christi: carnẽ suã crucifixerũt/ cũ vicijs et cõcupiscẽtijs. Gr. Bonũ est ɔfiteri dño: et psallere noĩ tuo altissime. V. Ad annũciãdũ mane miam tuã: et veritatẽ tuã per noctẽ. Alla. V. Cõfitemini dño et inuocate nomẽ eius: annũciate inter gẽtes opa eius. ¶ Secundũ Lucam. xvij.

In illo tpe. Cũ iret iesus in hierusalẽ: trãsibat p mediã samariã et galileã. Et cũ ingrederet q̃dã castellũ: occurrerẽt ei decẽ viri leprosi. Qui steterunt a longe

et leuauerūt vocē dicētes. Jesu pre
ceptor miserere nostri. Quos vt vi
dit/dixit. Jte: ostēdite vos sacerdo
tibus. Et factū est dū irēt: mūdati
sunt. Un⁹ autē ex illis vt vidit q̄a
mūdat⁹ est: regress⁹ est cū magna
voce magnificans deū. Et cecidit
in faciē āte pedes ei⁹: gratias agēs
Et hic erat samaritan⁹. Respōdēs
aūt iesus: dixit. Nōne decē mūda
ti sūt: ⁊ nouē vbi sunt? Nō est iuē=
tus qui rediret ⁊ daret gloriā deo:
nisi hic alienigena. Et ait illi Sur
ge et vade: q̄a fides tua te saluum
fecit. Offr. Jmmittit āgelū dñs in cir=
cuitu timētiū eum: et eripiet eos: gustate ⁊
videte quoniā suauis est dñs. Secreta.

Propiciare dñe populo tuo
ppiciare munerib⁹: vt hac
oblatiōe placatus et īdulgētiā no=
bis tribuas/ et postulata concedas
Per. Cōio. Panis quē ego dedero caro
mea est pro seculi vita. Postcōio.

Sumptis dñe celestib⁹ sacra=
mentis: ad redēptionis eter
ne q̄s pficiamus augmētum. Per

Feria. iiij. Ad corinthios. ij. vj

Fratres. Nolite iugū duce=
re cum īfidelibus: sed cū fi=
delib⁹. Que eni participatio iusti=
cie cū iniq̄tate: aut que societas lu=
ci ad tenebras? Que autē conuētio
xpi ad belial? Aut que pars fideli
cū infideli? Quis autē cōsensus tē
plo dei cū idolis? Uos autē estis tē
plū dei viui: sicut dicit deus. Quo
niā īhabitabo in illis: et inambu=
labo inter eos: et ero illorū deus et
ipsi erūt michi populus. Propter
quod exite de medio eorū: et sepa=
ramini dicit dñs. Uos qui porta=
tis vasa dñi: et immūdū ne tetige=
ritis. Et ego recipiā vos et ero vo=
bis in patrē: ⁊ vos eritis mihi in fi
lios ⁊ filias dicit dñs oīpotēs. Has
igit̄ pmissiōes habētes carissimi:
mūdemus nos ab oī inquinamē=
to carnis ⁊ spiritus: pficientes san
ctificationem: in timore dei.

Secundū Lucam. xij.

In illo tpe. Ait ad iesū q̄dā
de turba. Magister dic fra=
tri meo: vt diuidat mecum heredi
tatem. At ille dixit ei. Homo quis
me constituit iudicē aut diuisorē
supra vos? Dixitq̄ ad illos. Uide=
te et cauete ab oī auaricia: q̄a non
in habundantia cuiusq̄ vita eius
est: ex his que possidet. Dixit autē
similitudinē: ad illū dicens. Hoīs
cuiusdā diuitis vberes fruct⁹ ager
attulit: ⁊ cogitabat intra se dicens
Quid faciā q̄ nō habeo: quo con=
gregē fructus meos? Et dixit. Hoc
faciā. Destruā horrea mea et ma=
iora faciā: et illuc congregabo oīa
que nata sūt mihi: et bona mea/ et
dicā aīe mee. Anima habes mul=
ta bona posita in ānos plurimos:
requiesce/ comede/ bibe/ et epulare
Dixit autē illi de⁹. Stulte: hac no
cte aīam tuā repetēt a te: que autē
parasti/ cui⁹ erūt? Sic est qui sibi
thesaurisat: ⁊ non est in deū diues
Dixitq̄ ad discipulos suos. Jdeo
dico vobis. Nolite solliciti esse aīe
vestre q̄d mādūcetis: neq̄ corpi ve
stro q̄d induamini. Aīa plus est q̄
esca: et corpus plus q̄ vestimētum
Considerate coruos: q̄a non semi=
nāt neq̄ metūt: q̄bus non est cella
riū neq̄ horreū/ ⁊ deus pascit illos

¶ Dñica.xv. Officium.

INclina dñe aurē tuā ad me: et exaudi me: saluū fac seruū tuū deus meus sperātē in te: miserere michi domine quoniā ad te clamaui tota die. ps. Letifica aīam serui tui: quoniā ad te dñe animā meam leuaui. Oratio.

CUstodi q̄s dñe ecclesiā tuaȝ ꝓpiciatione ꝑpetua: et q̄a sine te labit̄ hūana mortalitas: tuis semꝑ auxilijs et abstrahat̄ a noxijs/ et ad salutaria dirigatur. Per.

Ad galathas. vj.

FRatres. Si spiritu viuim⁹ spiritu ꝛ ābulem⁹. Nō efficiamur inanis glorie cupidi: īuicē ꝓuocātes: īuicē īuidētes. Fratres: et si ꝓoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: vos q̄ sp̄uales estis huiuscemodi īstruite ī spiritu lenitatis. Cōsiderās teipsū: ne et tu tēpteris. Alter alteri⁹ onera portate: et sic adiplebitis legē christi. Nā si q̄s existimat se aliq̄d esse cū nichil sit: ipse se seducit. Opus autē suū probet vnusq̄sq;: ꝛ sic in semetipso tātū gloriā habebit/ et nō ī altero. Unusq̄sq; eni onus suū portabit. Cōmunicet autē is: qui cathezisat̄ verbo: ei qui se cathezisat in oībus bonis. Nolite errare: deus nō irridet̄. Que eni seminauerit homo: hec et metet. Quoniā qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionē. Qui autē seminat in spiritu/ de spiritu metet vitā eternā. Bonū autē faciētes nō deficiam⁹: tpe eni suo metem⁹: nō deficiētes. Ergo dū tēp⁹ habemus: operemur bonū ad oēs. Maxime autē ad domesticos fidei. Gr. Bonū est ꝯfidere in dño: q̄ꝫ ꝯfidere in hoīe. V. Bonū est sperare in dño: q̄ꝫ sperare in ꝑ͛ncipib⁹ Alla. V. Paratū cor meū deus paratū cor meū: cantabo et psallam tibi in gloria mea.

¶ Secundū Matheum. vj.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dñis seruire. Aut eni vnum odio habebit et alterū diliget: aut vnum sustinebit et alterū cōtēnet Nō potestis deo seruire et māmone. Ideo dico vobis ne solliciti sitis aīe vestre quid māducetis: neq; corpori vestro q̄d induamini. Nōne aīa plus est q̄ꝫ esca: et corp⁹ plus q̄ꝫ vestimentū. Respicite volatilia celi: q̄ñ nō serūt neq; metūt: neq; cōgregāt in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis. Quis autē vestrū cogitās potest adijcere ad staturā suā cubitū vnū. Et de vestimēto q̄d solliciti estis. Cōsiderate lilia agri: quomodo crescūt. Non laborāt neq; nent. Dico aūt vobis q̄ñ nec salomō in oī gl̄ia sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si aūt fenū agri q̄d hodie est/ et cras in clibanū mittit̄ deus sic vestit: quāto magis vos minime fidei. Nolite ergo solliciti esse dicētes: quid mānducabimus/ aut q̄d bibemus: aut quo operiemur. Hec eni oīa gētes inquirūt. Scit eni pater vester q̄a his oībus indigetis. Querite ergo primū regnū dei ꝛ iusticiam eius: et hec oīa adijcientur vobis. Offr. Expectans expectaui dñm et respexit me: et exaudiuit deprecationē meā et immisit

in os meũ cãticũ nouũ: hymnũ deo nostro

CONcede nobis dñe Secreta q̃s: vt hec oblatio salutaris et nostroꝝ fiat purgatio peccatoꝝ: et tue ꝓpiciatio pietatis. P. Cõio. Qui mãducat carnẽ meã: et bibit sanguinẽ meũ / in me manet ⁊ ego in eo dicit dñs

PUrificẽt semꝑ et Postcõio muniãt tua sacramẽta nos deus: et ad perpetue ducãt saluationis effectum. Per dñm ¶ Feria iiij. Ad timotheum. j. ꝑmo.

CArissime. Scim⁹ aũt q̃ bona est lex: si quis ea legitime vtaẗ. Sciens hoc: q̃ iusto non est lex posita: sed iniustis et nõ subditis: impijs ⁊ peccatoribus: sceleratis et ꝯtaminatis: patricidis et matricidis: homicidis: fornicarijs: masculoꝝ cõcubitoribus plagiarijs: mẽdacibus: et periuris. Et si qḋ aliud sane doctrine aduersaẗ: que est scḋm euãgeliũ glorie beati dei qḋ creditũ est mihi. Gr̃as ago ei: q̃ me cõfortauit in xp̃o iesu dño nostro: quia fidelẽ me existimauit ponẽs in ministerio: qui prius fui blasphemus: et ꝑsecutor et ꝯtumeliosus. Sed miam dei ꝯsecutus sũ q̃a ignorãs feci ĩ icredulitate. Superabundauit autẽ gr̃a dñi nr̃i cũ fide et dilectiõe: que est in xp̃o iesu dño nr̃o. ¶ Secundũ Lucã. xx.

IN illo tp̃e. Factũ est in vna dierũ: docẽte iesu populũ in tẽplo et euãgelisãte: ꝯuenerũt ꝑncipes sacerdotũ et scribe cũ senioribus: et aiũt dicẽtes ad illũ. Dic nobis in qua potestate hec facis: aut quis est qui dedit tibi hãc potestatẽ? Rñdẽs aũt iesus: dixit ad illos Interrogabo vos et ego vnũ sermonẽ: rñdete mihi. Baptism⁹ iohannis de celo erat: an ex hoĩbus? At illi cogitabãt intra se dicentes Quia si dixerim⁹ de celo: dicet nobis. Quare ergo nõ credidistis illi Si ãt dixerim⁹ ex hoĩb⁹: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sũt eñi iohãnẽ ꝓphetã esse. Et rñderũt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis Neq̃ ego dico vobis ĩ qua potestate hec facio. ¶ Dñica xvj. Officiũ

MIserere mihi dñe qm̃ ad te clamaui tota die quia tu dñe suauis ac mitis es ⁊ copiosus in mia oĩbus ĩuocãtib⁹ te. ꝑs. Inclina dñe aurẽ tuam et exaudi me: quoniã inops et pauꝑ sum ego. Or̃o

ECclesiã tuã q̃s dñe: miseratio cõtinuata mũdet et muniat: et q̃a sine te non potest salua cõsistere / tuo semꝑ munere gubernetur. Per. Ad ephesios. iij.

FRatres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: q̃ est gl̃ia vr̃a. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ dñi mei iesu xp̃i: ex quo oĩs paternitas in celis et in terra noĩatur. Ut det vobis secũdũ diuitias glorie sue virtutẽ corroborari: per spiritũ eius in interiori hoĩe christũ habitare ꝑ fidẽ in cordib⁹ vr̃is In caritate radicati et fundati: vt possitis ꝯprehẽdere cũ oĩbus sc̃tis q̃ sit latitudo / lõgitudo / et sublimitas et ꝓfundũ. Scire etiã supeminentẽ sciẽtie caritatẽ xp̃i: vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ dei. Ei autẽ q̃ potẽs est oĩa facere supabũ-

dãter q̃ petimus aut itelligim⁹: secundũ ꝟtutẽ que operat̃ in nobis. Ipsi gl̃ia in eccl̃ia ⁊ in xp̃o iesu: in oẽs generatiões: seculi seculoꝛum amẽ. Gꝛ. Timebunt gẽtes nomen tuũ dñe: ⁊ oẽs reges terre gloꝛiã tuã. ℣. Quoniã edificauit dñs syon: et videbit̃ in maiestate sua. Alla. ℣. Qui timẽt dñm sperent in eum adiutoꝛ et ꝓtectoꝛ eoꝝ est.

¶ Secundum Lucã. vij.

In illo tpe. Ibat iesus ĩ ciuitatẽ que vocat̃ naim: et ibãt cũ eo discipuli eius et turba copiosa. Cũ autẽ appꝛopinq̃ret poꝛte ciuitatis: ecce defunctus efferebat̃ filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cũ vidisset dñs: mia motus sup eã/ dixit illi. Noli flere Et accessit et tetigit loculũ. Hi aũt q̃ poꝛtabãt: steterunt. Et ait. Adolescẽs: tibi dico surge. Et resedit q̃ erat moꝛtuus et cepit loq̃: et dedit illũ matri sue. Accepit autẽ oẽs timoꝛ: et magnificabãt deũ dicẽtes Quia ꝓpheta magn⁹ surrexit ĩ nobis: et q̃a deus visitauit plebẽ suã. Offꝛ. Dñe in auxiliũ meũ respice: ꝯfundantur et reuereantur qui querunt aĩam meam vt auferant eam. Secreta.

Ua nos dñe q̃s sacramẽta custodiãt: et cõtra diabolicos tueant̃ semp ĩcursus. P. Cõio Dñe memoꝛaboꝛ iusticie tue solius de⁹ docuisti me a iuuẽtute mea: ⁊ vsq̃ in senectã et seniũ de⁹ ne derelinquas me. Postcõ.

Entes nr̃as ⁊ coꝛpa possideat q̃s dñe doni celestis operatio: vt nõ nr̃ sẽsus in nobis: sed iugiter eius ꝑueniat effectus. Per

¶ Feria.iiij. Ad colossenses. ij.

Frẽs. Uidete ne q̃s vos decipiat p philosophiã ⁊ inanẽ fallaciã scd̃m traditionẽ hoĩm: secundũ elemẽta mũdi et nõ secũdũ chꝛistũ. Quia in ipso ĩhabitat ois plenitudo diuinitat̃: coꝛpoꝛaliter et estis in illo repleti qui est caput ois ꝑncipat⁹ ⁊ potestatis. In quo ⁊ circũcisi estis circũcisiõe non manufacta/ in expoliatiõe coꝛpis carnis: sed in circũcisiõe xp̃i. Cõsepulti ei in baptismo: in quo et resurrexistis: p fidẽ operatiõis dei q̃ suscitauit illũ a moꝛtuis. Et vos cũ essetis moꝛtui in delictis et ꝑputio carnis vestre: cõuiuificauit cũ illo donãs vobis oĩa delicta. P iesũ xp̃m dñm nr̃m. ¶ Scd̃m Marcũ. viij

In illo tpe. Uenit iesus bethsaidã: et adducunt ei cecũ: ⁊ rogabãt eũ vt illũ tangeret. Et apꝓhẽsa manu ceci: eduxit eum extra vicũ. Et expuẽs in oculis eius ĩpositis manib⁹ suis: ĩterrogauit eũ si quid videret. Et aspiciẽs ait. Uideo hoĩes velut arboꝛes ãbulãtes. Deinde iteꝝ ĩposuit man⁹ sup oculos ei⁹: ⁊ cepit videre ⁊ restitut⁹ est ita vt videret clare oĩa. Et misit illũ in domũ suã dicẽs. Uade ĩ domum tuã: ⁊ si in vicũ ĩtroieris: nemini dixeris. ¶ Dñica.xvij.offi.



Ust⁹ es dñe et rectũ iudiciũ tuũ fac cũ seruo tuo scd̃m miam tuã. Ps. Bti imaculati in via q̃ ambulãt in lege dñi Orõ

Ua nos dñe q̃s gr̃a semp et ꝑueniat ⁊ sequat̃: ac bonis opibus iugiter ꝑstet esse intentos. Per dñm. Ad ephesios. iiij.

FRatres. Obsecro vos ego vinct⁹ in dño vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cũ oĩ humilitate et mansuetudine cũ patiẽtia supportãtes inuicẽ in caritate: solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unũ corpus et vn⁹ spũs: sicut vocati estis ĩ vna spe vocatiõis vestre. Un⁹ dñs: vna fides: vnũ baptisma. Unus deus et pater oĩm: qui est sup oẽs ꝑ per oĩa ꝑ in oĩbus nobis q̃ est bñdictus in secula seculorũ amen. Gr. Beata gẽs cuius est dñs de⁹ eorũ: populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt: et spũ oris ei⁹ oĩs virtus eorũ. Alla. ℣. Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me.

¶ Secundũ Lucam. xiiij.

IN illo tpe Cũ ĩtroisset iesus in domũ cuiusdã principis phariseorũ sabbato mãducare panẽ: et ipsi obseruabãt eum. Et ecce homo q̃dã idropicus: erat ãte illũ Et respõdẽs iesus: dixit ad legisperitos et phariseos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensũ sanauit eũ: ac dimisit. Et respõdẽs ad illos dixit. Cuius vestrũ asinus aut bos ĩ puteũ cadet: et nõ ꝯtinuo extrahet illũ die sabbati? Et nõ poterãt ad hec respõdere illi. Dicebat autẽ et ad ĩuitatos parabolã intẽdẽs quomodo primos accubitus eligerẽt dicẽs ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias: nõ discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: et veniens is qui te ꝑ illũ vocauit: dicat tibi: da huic locũ. Et tunc incipias cũ rubore: nouissimũ locũ tenere. Sed cũ vocatus fueris/ vade recũbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice: ascende superius. Tunc erit tibi gloria: corã simul discũbẽtibus. Quia oĩs q̃ se exaltat humiliabit: et q̃ se humiliat exaltabit. Offr. Oraui deum meũ ego daniel dicẽs: exaudi dñe ꝑces serui tui illumina faciẽ tuã sup sanctuariũ tuum: et ꝓpicius intẽde populũ istũ/ sup quẽ inuocatum est nomẽ tuũ deus. Secreta.

MUnda nos q̃s dñe sacrificij presentis effectu: ꝑ ꝑfice miseratus in nobis: vt ei⁹ mereamur esse participes. P. Cõio. Uouete et reddite dño deo vestro oẽs qui in circuitu eius affertis munera: terribili et ei qui aufert spiritum principũ: terribili apud omnes reges terre. Postcõio.

PUrifica dñe q̃s mẽtes nr̃as benignus et renoua celestibus sacramẽtis: vt cõsequenter et corporũ presens pariter et futurũ capiamus auxiliũ. P ¶ Feria. iiij Epl'a. Sicut in vnius. Euãgeliũ. Cũ venisset iesus et discipuli. Require ĩ q̃rta feria post dñicã. xviij.

¶ Dñica. xviij. Officium.

DA pacẽ dñe sustinentibus te vt ꝓphete tui fideles iueniãt: exaudi ꝑces serui tui ꝑ plebis tue israel. ps. Letat⁹ sũ in his q̃ dicta sũt mihi: in domũ dñi ibim⁹.

DA q̃s dñe populo tuo Orõ diabolica vitare cõtagia: et te solum deum pura mẽte sectari. Per. Ad corinthios. j. pmo.

FRẽs. Gr̃as ago deo meo sẽper ꝑ vobis ĩ gr̃a dei q̃ data

est vobis in xp̄o iesu. Quia in oib⁹ diuites facti estis i illo: in oi v̄bo et in oi sciẽtia: sicut testioniũ xp̄i ꝯfirmatũ est i vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gr̄a: expectãtibus reuelationẽ dñi nr̄i iesu xp̄i. Qui et cõfirmabit vos vsq̃ in finem sine crimine in die aduẽtus: dñi nostri iesu christi. Gr. Letatus sũ in his que dicta sũt michi: in domũ dñi ibim⁹. V. Fiat pax in v̄tute tua: & abundãtia in turribus tuis. Alla. V. Letatus sũ in his q̃ dicta sũt mihi: i domũ dñi ibimus. V. Stãtes erãt pedes nostri: in atrijs tuis hierusalẽ. Isti duo v̄. dicunt̄ p ebdomadã alternis vicibus: ita tñ q̃ v̄. Stantes p̄mo d̄r q̄n de feria agit̄ Et nulla fer. p hãc ebdo. ad hoc vacauerit: tũc vltim⁹ v̄. eo anno oĩno pretermittat̄. ¶ Secũdũ Matheũ. xxij

IN illo tp̄e. Accesserũt ad iesũ pharisei: et interrogauit eũ vn⁹ ex eis legis doctor tẽptãs eũ Magister q̄d est mãdatũ magnũ in lege? Ait illi iesus. Diliges dñz deũ tuũ ex toto corde tuo: & in tota aĩa tua: & in tota mẽte tua. Hoc est maximũ et p̄mũ mãdatũ. Secundũ aũt simile est huic. Diliges pximũ tuũ sicut teipsũ. In his duobus mãdatis: vniuersa lex pẽdet & pphete. Cõgregatis ãt phariseis iterrogauit eos iesus dicẽs. Quid vobis videt̄ de xp̄o cui⁹ fili⁹ est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomõ ergo dauid in sp̄ũ vocat eũ dñz dicẽs. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. donec ponã iimicos tuos scabellũ pedũ tuor. Si ergo dauid vocat eũ dñm: quomodo fili⁹ eius est? Et nemo poterat respõdere ei v̄bũ: neq̃ ausus fuit quisq̃ ex illa die: eũ ãplius iterrogare Offr. Sctificauit moyses altare dño offerẽs super illud olocausta: et imolãs victimã fecit sacrificiũ vespertinũ: in odorẽ suauitatis dño deo in ꝯspectu filior isrl̄. Secreta.

MAiestatẽ tuã dñe suppliciter depcamur vt hec sancta que gerimus: et a p̄teritis delictis nos exuãt et futuris. P. Cõio. Tollite hostias et itroite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. Postcõio.

SAnctificatiõib⁹ tuis q̄s oṗs deus: et vicia nostra curent̄ et remedia nobis eterna pueniãt. P. Feria. iiij. Ad romanos. xv.

FRẽs. Obsecro vos p dñm nostrũ iesũ christũ et per caritatẽ scti sp̄ũs: vt adiuuetis me in oratiõibus v̄ris p me ad deũ: vt liberer ab ifidelib⁹ q̃ sũt i iudea & obsequij mei oblatio fiat accepta in hierosolima sctis: vt veniã ad vos in gaudio p volũtatẽ dei vt refrigerer vobiscũ. De⁹ ãt pacis: sit cũ oib⁹ vobis amẽ Scd̄m matheũ. xiij

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc Simile factũ est regnũ celorũ grano sinapis: q̄d accipiẽs hõ semiauit i agro suo/ q̄d minimũ ẽ oib⁹ seminib⁹. Cũ aũt creuerit: maius est oibus oleribus. Et fit arbor: ita vt volucres celi veniãt et habitent in ramis eius. Aliã parabolã locut⁹ est eis. Simile et regnũ celorũ fermẽto: q̄d acceptũ mulier abscondit in farine satis tribus: donec fermẽtatũ est totũ. Hec oĩa locut⁹ est iesus i parabolis ad turbas: et sine parabolis nõ loquebat̄ eis: vt ad-

implereť qđ dictũ est per pphetã dicẽtẽ. Aperiã in parabolis os meum: eructabo absconsa: a constitutiõe mũdi. ¶ Dñica xix. Officiũ



Salus ppľi ego sũ dicit dñs: de q̃cunq̃ tribulatiõe clamauerit ad me exaudiã eos: ⁊ ero illoꝝ dñs imppetuũ. ps. Attẽdite popule me⁹ legẽ meã: iclinate aurẽ vr̃am in v̾ba oris mei. Orõ

Dirigat corda nostra q̃s domine tue miseratiõis operatio q̃a tibi sine te placere nõ possumus. Per. Ad ephesios. iiij.

Fratres. Renouamini spũ mẽtis vr̃e: et induite nouũ hoiem q̃ secũdũ deũ creat⁹ est in iusticia et sanctitate veritatis. Propter qđ deponẽtes mẽdaciũ: loq̃mini veritatẽ vnusq̄sq̃ cum proximo suo: quoniã sum⁹ iuicẽ mẽbra Irascimini: et nolite peccare. Sol nõ occidat sup iracũdiã vestram. Nolite locũ dare diabolo. Qui furabať: iã nõ fureť. Magis ãt laboret operãdo manib⁹ suis qđ bonũ est: vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patiẽti. Gr. Dirigať oratio mea sicut incẽsũ in cõspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ Alleluia. ℣. Qui cõfidũt in dño sicut mõs syon nõ cõmouebiť in eternũ q̃ habitat in hierusalẽ. ¶ Secundũ Matheũ. ix

In illo tpe. Ascẽdẽs iesus in nauiculã: transfretauit et venit in ciuitatẽ suam. Et ecce offerebãt ei paliticũ iacẽtẽ i lecto. Uidẽs aũt iesus fidẽ illoꝝ: dixit paralytico. Cõfide fili: remittũť tibi pctã tua. Et ecce q̃dã de scribis: dixerũt intra se. Hic blasphemat. Et cũ vidisset iesus cogitatiões eoꝝ: dixit. Ut q̃d cogitatis mala in cordibus vr̃is? Quid est facili⁹ dicere: remittunť tibi peccata tua: an dicere surge et ãbula? Ut aũt sciatis q̃a fili⁹ hoĩs habet potestatẽ i terra dimittendi pctã: tũc ait paralitico. Surge tolle lectũ tuũ: ⁊ vade in domũ tuã. Et surrexit et abijt i domũ suam. Uidẽtes aũt turbe timuerunt Et glorificauerunt deũ q̃ dedit potestatẽ talẽ hoib⁹. Offr. Si ãbulauero i medio tribulatiõis viuificabis me dñe et sup irã iimicoꝝ meoꝝ extẽdes manũ tuam et saluũ me fecit dextera tua. Secre.

Deus qui nos per hui⁹ sacri ficij venerãda ꝯmercia vnius sũmeq̃ diuinitatis participes efficis: presta q̃s: vt sicut tuam cognoscim⁹ veritatẽ sic eam dignis mẽtibus et moribus assequamur. Per. Cõio. Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis: vtinam diriganť vie mee ad custodiendas iustificationes tuas.

Gratias tibi referi Postcõio mus dñe sacro munere vegetati: tuã miam deprecantes vt dignos nos eius pticipatiõe pficias. P. Fer. iiij. Ad thessalonicẽs. ij. ij

Frẽs. State et tenete traditiões q̃s didicistis: siue per sermonẽ siue p epistolã nr̃am. Ipse autẽ dñs nr̃ iesus christ⁹ et de⁹ et pater noster q̃ dilexit nos: et dedit cõsolationẽ eternam ⁊ spem bonã in gratia: ꝯsoleť corda vestra et cõfirmet in oĩ opere et sermõe bono. De cetero fratres orate p nobis vt sermo dñi currat et clarificeť vbiq̃ sicut et apđ vos et vt liberemur

ab īportunis & malis hoībus. Nō eni oīm est fides. Fidelis autē de⁹ est: q̄ cōfirmabit vos et custodiet a malo. Cōfidimus aūt de vobis in dño: qm̄ que precipimus: & facitis et facietis. Dñs aūt dirigat corda et corpa vestra: in caritate dei & pa tiētia christi. Scdm matheū. xiij.

In illo tpe. Accesserūt ad ie= sū discipuli ei⁹ dicētes. Edis sere nobis parabolā zizanioꝝ agri Qui rñdēs ait Qui seminat bonū semē: est filius hois. Ager autē est mūd⁹. Bonū vo semē: hi sūt filij regni: zizania aūt filij sūt neq̄. In imicus autē q̄ seminauit ea est dia bolus. Messis vero: cōsūmatio se= culi est. Messores autē: angeli dei sunt. Sicut ergo colligūt zizania et igni cōburunt: sic erit in cōsum matione seculi. Mittet filius hois angelos suos: et colligēt de regno eius oīa scādala et eos q̄ faciūt iniq̄ tatē. Et mittēt eos ī caminū ignis ibi erit flet⁹ et stridor dētiū. Tunc iusti fulgebūt sicut sol: ī regno pa tris eoꝝ. Qui habet aures audiēdi audiat. Dñica. xx. Officium.



Omnia que fecisti no= bis dñe in vero iudi= cio fecisti: q̄a peccaui= mus tibi et mādatis tuis nō obediuimus: sed da gloriam noī tuo: & fac nobi scū scdm multitudinē mie tue. ps Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciui tate dei nostri in mōte sancto eius. Orō.

Omnipotens et misericors deus vni uersa nobis aduersātia pro= pitiatus exclude: vt mēte et corpo= re pariter expediti: que tua sunt li= beris mentibus exequamur. Per dominū. Ad ephesios. v.

Fratres. Uidete itaq̄ q̄modo caute ābuletis: nō q̄si īsipi= entes: sed q̄si sapiētes. Redimētes tēpus: qm̄ dies mali sunt. Propte rea nolite fieri iprudētes: sed itelli= gētes que sit volūtas dei. Et nolite inebriari vino ī quo est luxuria sed īplemini spiritu sctō loquētes vo= bismetipsis in psalmis hymnis et cāticis spiritalib⁹: cātātes et psal= lētes in cordib⁹ vestris dño. Grās agētes semp pro oībus in noīe dñi nr̄i iesu christi: deo & patri. Subie cti inuicē in timore xp̄i. Gr. Oculi oīm in te sperāt dñe: et tu das illis escā in tpe oportuno. V. Aperis tu manū tuā: et iples oē aīal bñdictiōe Alla. V. De pro fundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Secundū Matheū. xxij.

In illo tpe. Loq̄bat iesus cū discipulis suis in parabolis dicēs. Simile factū est regnū celorū hoī regi qui fecit nuptias filio suo Et misit seruos suos vocare inui= tatos ad nuptias/et nolebant veni re. Iterū misit alios seruos dicēs. Dicite īuitatis. Ecce prādiū meū paui: tauri mei et altilia occisa sūt et oīa parata venite ad nuptias Il li autē neglexerūt. Et abierūt ali⁹ in villā suā: ali⁹ vo ad negociatio nē suā. Reliq̄ vo tenuerūt seruos ei⁹: et ɔtumelijs affectos occiderūt Rex aūt cū audisset irat⁹ est: & mis sis exercitibus suis pdidit homici= das illos: et ciuitatē illoꝝ succēdit Tunc ait seruis suis. Nuptie q̄dē parate sunt: sed qui inuitati erant nō fuerūt digni. Ite ergo ad exit⁹

uiarū: ꝛ quoscūq inueneritis uocate ad nuptias Et egressi serui ei⁹ in uias: ꝯgregauerūt oēs q̄s iuenerūt bonos ꝛ malos: ꝛ iplete sūt nuptie discūbētiū. Intrauit aūt rex ut uideret discūbētes: ꝛ uidit ibi hoīem nō uestitū ueste nuptiali: et ait illi. Amice: quomodo huc itrasti non habens uestē nuptialē? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manib⁹ et pedib⁹ ei⁹: mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Multi enim sūt uocati: pauci uero electi.

Offer. Sup flumina babilonis illic sedimus et fleuim⁹ dū recordaremur tui syō.

Secreta

HEc munera q̄s dñe q̄ oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse ꝯcede. P. ꝟ. Cōio. Memēto uerbi tui seruo tuo dñe in quo mihi spem dedisti: hec me cōsolata est in humilitate mea. Postcōio.

TUa nos domine medicinalis operatio et a nr̄is puersitatibus clemēter expediat et tuis semp faciat inherere mādatis. P.

¶ Feria.iiij. Ad timotheū. ij.ij.

CArissime. Cōfortare in grā q̄ data est tibi in xp̄o iesu: et q̄ audisti a me p multos testes. Hec cōmēda fidelib⁹ hoīb⁹: qui idonei erūt et alios docere. Labora sicut bon⁹ miles xp̄i iesu. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus: ut ei placeat cui se pbauit Nā ꝛ q̄ certat in agone nō coronabit: nisi q̄ legittime certauerit. Laborātē agricolā: oportet pmū de fructib⁹ pcipere. Intellige q̄ dico dabit eni tibi dñs: in oīb⁹ itellectū

¶ Secundū Lucam. xiiij.

IN illo tp̄e. Dicebat ies⁹ cuidā principi phariseorū. Cū facis prādiū aut cenā noli uocare amicos tuos: neq fratres tuos: neq cognatos: neq uicinos: neq diuites: ne forte et ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio. Sed cum facis cōuiuiū: uoca pauperes/debiles/claudos/et cecos: et beatus eris q̄a nō habēt retribuere tibi. Retribuetur eni tibi in resurrectione iustorum Hec cum audisset quidam de simul discumbētibus: dixit illi Beatus qui mādueabit panē i regno dei.

¶ Dñica.xxi. Officium

IN uoluntate tua dñe uniuersa sūt posita et nō est q̄ possit resistere uolūtati tue: tu eni fecisti oīa celū et terrā et uniuersa que celi ābitu cōtinent. Dñs uniuersorꝫ tu es. Ps. Beati immaculati in uia q̄ ambulāt in lege dñi. Orō.

LArgire q̄s dñe fidelibus tuis indulgētiā placatus ꝛ pacem: ut pariter ab oibus mūdent offensis et secura tibi mēte deseruiant. Per. Ad ephesios. vi.

FRatres. Confortamini in dño: ꝛ in potētia ūtutis ei⁹ Induite uos armaturam dei: ut possitis stare aduersus isidias diaboli. Qm̄ nō est nobis colluctatio aduersus carnē ꝛ sanguinē: sed aduersus principes et potestates aduersus mūdi rectores tenebrarꝫ harū ꝯtra spiritualia nequitie in celestib⁹. Propterea accipite armaturā dei ut possit⁹ resistere in die malo ꝛ in oib⁹ pfecti stare. State ergo succincti lūbos uestros in ueritate

et induti lorică iusticie: et calciati pedes in preparationē euāgelij pacis. In oībus sumētes scutū fidei in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. Et galeā salutis assumite: et gladiū spiritus qđ est verbū dei. Gr. Dñe refugiū factus es nobis a generatiōe et progenie. V. Priusquã mōtes fierent aut formaret terra et orbis: a seculo et in seculū tu es deus Alla. V. Lauda anima mea dñm: laudabo dominū ĩ vita mea: psallā deo meo quãdiu ero

Secundū Johannē. iiij.

In illo tpe. Erat qdā regulus: cuius filius infirmabat capharnaū. Hic cū audisset: qa iesus adueniret a iudea ĩ galileam: abijt ad eū et rogabat eū vt descenderet et sanaret filiū eius. Incipiebat enĩ mori. Dixit ergo iesus ad eū. Nisi signa et prodigia videritis: non creditis. Dixit ad eū regulus. Dñe: descende priusquã moriat filius meus. Dixit ei iesus. Uade: filius tuus viuit. Credidit homo sermōi quē dixerat ei iesus: et ibat Jā aūt eo descēdēte: serui occurrerūt ei et nūciauerūt dicētes: qa filius eius viueret. Interrogabat ergo horā ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerūt ei qa heri hora septima reliqt eum febris. Cognouit ergo pater: qa illa hora erat in qua dixit ei iesus: filius tu⁹ viuit: et credidit ipse: et domus eius tota

Offr. Uir erat in terra noīe iob simplex et rectus ac timēs deū quē sathan petijt vt tēptaret: et data est ei potestas a dño in facultate et in carne eius: pdiditqȝ oēm substantiā ipsius et filios: carnē quoqȝ ei⁹ graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Celestem nobis prebeāt hec mysteria qs dñe medicinā et vicia cordis nostri expurgēt. Per. Cōio. In salutari tuo aīa mea et in verbū tuū speraui: quādo facies de psequētibus me iudiciū: iniqui psecuti sunt me adiuua me dñe deus meus. Postcōio.

Ut sacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos qs tuis semp obedire mādatis. P. d.

Fer. iiij. Ad thessalonicēses. i. i

Fratres. Scientes dilecti a deo dilectionē vestrā: quia euāgeliū nostrū nō fuit apud vos in sermōe tātū: sed in vtute et ĩ spū scō et in plenitudine multa sicut sitis qles fuerimus in vobis ppter vos. Et vos imitatores mei facti estis et dñi: excipiētes verbū in tribulatiōe multa cū gaudio spūs sācti. Ita vt facti sitis forma oībus credētib⁹: ĩ macedonia et in achaia A vobis enĩ diffamatus est sermo dñi non solum in macedonia et in achaia: sed et in oĩ loco fides vestra que est ad deū pfecta est: ita vt nō sit nobis necesse quicquã loqui. Ipsi enĩ de nobis annūciāt qualē itroitū habuerimus ad vos: et quomodo conuersi estis ad dñm a simulacris seruire deo viuo et vero: et expectare filiū eius de celis. Quē suscitauit ex mortuis: iesum christū dñm nostrū. Scđm Lucā. vj.

In illo tpe. Factū est vt itraret iesus in synagogā: et doceret et erat ibi hō: et manus ei⁹ dextra erat arida. Obseruabāt āt scribe et pharisei si ĩ sabbato curaret vt inueirēt vnde accusarēt illū Ipse vo sciebat cogitatiōes eorū: et ait hoi

qui habebat manũ aridã. Surge
et sta ĩ medio. Et surgẽs stetit. Ait
autem ad illos iesus. Interrogo
vos si licet sabbatis benefacere: an
male/aĩam saluã facere an ꝑdere.
Et circũspectis oĩb⁹ dixit hoĩ. Ex-
tẽde manũ tuã. Et extendit. Et re
stituta est manus eius. Ipsi aũt re
pleti sunt insipiẽtia: ⁊ colloq̃bant
adinuicẽ: quidnã facerent de iesu.

¶ Dñica. xxij. Officium.


I iniquitates obserua-
ueris dñe: dñe q̃s susti
nebit: q̃a apud te ꝓpi
ciatio est deus isrl. ps
De pꝛofundis clamaui ad
te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Oꝛatio.

FAmiliã tuã q̃s dñe: ꝯtinua
pietate custodi vt a cunctis
aduersitatib⁹ te ꝓtegẽte sit libera:
et in bonis actib⁹ tuo noĩ sit deuo-
ta. Per dñm. Ad philippẽses. j.

FRatres. Cõfidimus ĩ dño
iesu: q̃a qui cepit in vobis
opus bonũ ꝑficiet vsq; in diẽ xpi ie
su. Sicut enĩ est mihi iustũ hoc sẽ-
tire ꝓ oĩb⁹ vobis: eo q̃ habeã vos
in coꝛde ⁊ in vinculis meis: ⁊ in de
fensiõe et ꝯfirmatiõe euãgelij: soci
os gaudij mei oẽs vos esse. Testis
enĩ mihi est deus quomodo cupiã
vos oẽs esse in visceribus iesu xpi.
Et hoc oꝛo: vt caritas vr̃a magis
ac magis abũdet in oĩ sciẽtia et in
oĩ sensu. Ut ꝓbetis potioꝛa: vt si-
tis sinceres et sine offẽsa in diẽ chꝛi
sti. Repleti fructu iusticie. Per ie-
sum chꝛistũ: in gloꝛiã et laudẽ dei
Gꝛ. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocundũ: habitare
fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguẽtũ in capi-
te q̃d descẽdit in barbã: barbã aarõ. Ali⁹
℣. Mãdauit dñs bñdictionẽ et vitã vsq; i
seculũ. Isti duo ℣. dicũt alternis vi
cibus per ebdomadã quotiẽs de fe
ria agit et si nulla feria ꝑ hãc ebdo
madã ad hoc vacauerit: tũc scd̃us
℣. oĩno ꝑtermittat. Alla. ℣. Qui
sanat ꝯtritos coꝛde ⁊ alligat ꝯtritiões eoꝝ

¶ Secundũ Matheũ xviij

IN illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis parabolã hãc Si
mile est regnũ celoꝝ hoĩ regi: qui
voluit rationẽ ponere cum seruis
suis. Et cũ cepisset rationẽ pone-
re: oblatus est ei vnus qui debebat
ei decẽ milia talẽta. Cum autẽ nõ
haberet vnde redderet: iussit eum
dñs eius venũdari: et vxoꝛẽ eius et
filios et oĩa que habebat et reddi.
Pꝛocidẽs aũt seruus ille: rogabat
eũ dicẽs. Patientiã habe in me: et
oĩa reddã tibi. Misertus autẽ dñs
serui illius dimisit eũ: et debitũ di
misit ei. Egressus autẽ seruus ille:
iuenit vnũ de cõseruis suis q̃ debe
bat ei cẽtũ denarios: et tenẽs suffo
cabat eũ dicẽs. Redde quod debes
Et pꝛocidẽs conseruus eius: roga
bat eũ dicẽs. Patiẽtiã habe in me/
et oĩa reddã tibi. Ille autẽ noluit:
sed abijt et misit eũ in carcerẽ: do-
nec redderet debitũ. Uidẽtes autẽ
cõserui eius que fiebãt/contristati
sũt valde et venerũt et narrauerũt
dño suo: oĩa que facta fuerãt. Tũc
vocauit illum dñs suus: et ait illi.
Serue neq̃ omne debitũ dimisi ti
bi: quoniã rogasti me. Nonne er-
go opoꝛtuit et te misereri conserui
tui: sicut et ego tui misertus sum.
Et iratus dñs eius tradidit eũ toꝛ
toribus: quoadusq; redderet vni-

uersũ debitũ. Sic ꝛ pater meus celestis faciet vobis: si nõ remiseritis vnusqsqꝫ fratri suo de cordibus vestris. Offꝛ. Recordare mei dñe oĩpotẽtatui dominans: da sermonẽ rectũ et bene sonantẽ in os meũ vt placeant verba mea in conspectu principum. Secreta.

SUscipe dñe ꝑpicius hostias qbus et te placari voluisti: et nobis salutẽ potẽti pietate restitui. Per. Cõio. Dico vobis gaudium est angelis dei super vno peccatore penitẽtiam agente. Postcõio.

IMmortalitatꝭ alimoniã cõsecuti q̃s dñe: vt quod ore ꝑcepimus pura mẽte sectemur. Per

Feria.iiij. Ad romanos. iij.

FRatres. Scim⁹ quoniã q̃cũqꝫ lex loquit̃: his qui in lege sunt loquit̃ vt oẽ os obstruat̃ et subditus fiat oĩs mũdus deo q̃a ex operib⁹ legis nõ iustificabit̃ oĩs caro corã illo. Per legẽ enĩ: cognitio peccati. Nunc autẽ sine lege iustitia dei manifesta est: testificata a lege ꝛ prophetis. Justicia autem dei per fidẽ iesu christi in oẽs ꝛ sup oẽs qui credunt in eũ. Non enĩ est distinctio. Oẽs enĩ peccauerũt: et egẽt gloriã dei. Justificati gratis per gratiã ipsi⁹ ꝑ redẽptionẽ que est in christo iesu: quẽ ꝓposuit de⁹ propiciatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius ad ostẽsionẽ iusticie sue: ꝓpter remissionẽ precedẽtiũ delictorum in sustentatione dei: ad ostensionem iusticie eius in hoc tẽpore: Ut sit ipse iustus et iustificãs eum qui ex fide est iesu christi.

Secundũ Marcum. xj.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis q̃a si q̃s dixerit huic mõti tollere et mittere in mare et nõ hesitauerit ĩ corde suo: sed crediderit q̃a q̃dcũqꝫ dixerit fiat: fiet ei Propterea dico vobis. Oĩa quecũqꝫ orantes petitis: credite q̃a accipietis: et eueniẽt vobis. Et cum stabitis ad orãdũ: dimittite si q̃d habetis aduersus aliquẽ: vt et pater vester q̃ in celis est dimittat vobis pctã vestra. Quod si vos nõ dimiseritis nec pater vester qui in celis est: dimittet vobis peccata vr̃a. Dñica xxiiij. Offm̃



DIcit dominus ego cogito cogitationes pacis et nõ afflictiõis: inuocabitis me ꝛ ego exaudiã vos ꝛ reducam captiuitatẽ vestrã de cunctis locis. ps. Benedixisti domine terram tuã auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

DEus refugiũ nostrũ et virtus: adesto pijs ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis et presta: vt quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per dominum nostrũ. Ad philippẽses. iij.

FRẽs. Imitatores mei estote: et obseruate eos qui ita ambulãt: sicut habetis formã nostrã. Multi enĩ ambulãt quos sepe dicebã vobis: nũc autẽ et flẽs dico ĩimicos crucis christi. Quorꝫ finis interitus: quorꝫ deus vẽter est: et gloria in cõfusiõe eorũ qui terrena sapiũt. Nostra autẽ ꝯuersatio: in celis est. Unde etiã saluatorẽ expectamus dñm nostrũ iesum christũ qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratũ corpori

claritatis sue secundũ operationẽ qua possit etiam subiicere sibi oia In christo iesu dño nostro. Gr. Liberasti nos dñe ex affligẽtibus nos et eos qui nos oderũt ↄfudisti. V. In deo laudabimur tota die ꝛ noi tuo cõfitebimur in secula. Alleluia. V. Qui posuit fines tuos pacem: ꝛ adipe frumenti satiat te.

¶ Secundũ Matheũ. xxii.

In illo tpe. Abeũtes pharisei: ↄsiliũ inierũt vt caperẽt iesum in sermone. Et mittũt ei discipulos suos cũ herodianis: dicẽtes. Magister scimus q̄a verax es: et viã dei in veritate doces: ꝛ nõ est tibi cura de aliquo. Nõ eni respicis psonã hoim. Dic ergo nobis: q̃d tibi videt᷑? Licet cẽsũ dari cesari an nõ? Cognita aũt iesus nequitia eoꝝ: ait. Quid me tẽptatis hypocrite? Ostẽdite mihi nũmisma cẽsus. At illi obtulerũt ei denariũ Et ait ill᷑ iesus. Cui⁹ est imago hec et supscriptio? Dicunt ei. Cesaris Tũc ait illis iesus. Reddite ergo q̃ sũt cesaris cesari: ꝛ que sũt dei deo Offr. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationẽ meã. Secreta.

Sacris nos dñe q̄s seruitiis fac intẽtos: et vt sine vlla tibi offẽsionis macula famulemur quales esse precipis: ipse nos pfice P. Cõio. Amẽ dico vobis q̄cq̄d orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis Postcõio

Sumpsimus dñe sacri dona mysterii humiliter deprecantes: vt que in tui commemoratione nos facere precepisti: in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Per dominum.

¶ Feria. iiii. Ad romanos. v.

Fratres. Si enim vnius delicto mors regnauit p vnũ multomagis abundantiam gratie et donationis et iusticie: accipientes in vita regnabũt per vnum iesum christum. Igitur sicut per vnius delictũ in oẽs hoies in condempnationẽ: sic et per vnius iusticiã in oẽs hoies in iustificationem vite. Sicut eni per inobediẽtiam vnius hois peccatores constituti sunt multi: ita et per vni⁹ obeditionẽ iusti ↄstituunt᷑ multi. Lex eni subintrauit vt abundaret delictum. Ubi autẽ abũdauit delictũ: superabundauit et gratia/ vt sicut regnauit peccatũ in mortem: ita et gratia regnet per iusticiã in vitam eternã. Per iesũ christũ dñm nostrũ. ¶ Scdm Matheũ. xvii.

In illo tpe. Cũ venisset ies⁹ ꝛ discipuli eius capharnaũ: accesserunt qui didragmã accipiebãt ad petrũ ꝛ dixerẽt ei. Magister vester non soluit didragmã? Ait. Etiã. Et cũ intrasset domũ preuenit eũ iesus dicẽs. Quid tibi videt᷑ symon? Reges terre a quibus accipiunt tributũ vel censũ: a filiis suis: an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filii. Ut autẽ non scãdalisemus eos: vade ad mare ꝛ mitte hamũ: ꝛ eũ piscẽ qui pmus ascẽderit tolle: et aperto ore eius: iuenies staterẽ. Illũ sumẽs da eis pro me ꝛ te



¶ Dñica xxiiii. Offi Dicit domin⁹ ego cogito cogitatiões pacis ꝛ nõ afflictionis: inuocabitis me ꝛ ego exau

diā vos: ꝛ reducā captiuitatē vr̄am de cunctis locis. ps. Bñdixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob Orō.

Absolue q̄s dñe tuoꝝ̄ delicta populoꝝ: ꝛ a peccatoꝝ̄ nostroꝝ nexib⁹ q̄ pro nostra fragilitate cōtraximus tua benignitate liberemur. P d. Ad colossēses. i.

Fratres. Nō cessamus pro vobis orātes et postulātes vt ipleamini agnitiōe voluntatis dei in oi sapiētia et intellectu spirituali: vt ambuletis digni deo per oia placētes. In oi opere bono fructificātes: et crescētes in sciētia dei In oi virtute cōfoꝛtati: secūdū potentiā claritatis eius. In oi patiētia: et lōganimitate cum gaudio. In xp̄o iesu dño nr̄o. Gr. Liberasti nos dñe ex affligētibus nos et eos qui nos oderūt confudisti. V. In deo laudabimur tota die et noī tuo confitebimur in secula. Alla. V. Dñe deus meus in te speraui saluū me fac ex oībus ꝑsequētibus me ꝛ libera me. Scdm Matheū. ix.

In illo tpe. Loquēte iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit et adoꝛauit eū dicēs. Dñe: filia mea modo defuncta est sed veni impone manū tuā sup eā et viuet. Et surgens iesus seq̄bat eū: et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxū patiebat duodeci annis: accessit retro et tetigit fimbriā vestimēti ei⁹. Dicebat eni intra se. Si tetigero tātū vestimētū ei⁹ salua ero. At iesus ꝯuersus ꝛ vidēs eā dixit. Cōfide filia: fides tua te saluā fecit. Et salua facta est mulier ex illa hoꝛa. Offr. De ꝓfūdis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocē meā.

Purificet nos dñe Secreta. q̄s muneris presentis oblatio: ꝛ dignos sacra participatione perficiat. Per. Cōio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. Postcōio.

Sumentes dñe dona celestia q̄s vt nō nobis prouenire ad iudiciū patiaris qd̄ fidelibus tuis ad remediū prouidisti. Per dñm. Feria. iiii. Ad corinthios. i. x.

Fratres. Nolo fieri vos socios demonioꝝ̄. Nō potestis calicē dñi bibere: et calicem demonioꝝ̄. Nō potestis mense dñi particeps esse et mēse demonioꝝ̄? An emulamur dñm? Nunq̄d foꝛtioꝛes illo sumus. Oia mihi licent sed nō oia expediūt. Oia michi licent sed non oia edificant. Nemo qd̄ suū est querat: sed qd̄ alterius. Oē qd̄ in macello venit manducate: nichil interrogātes propter cōsciētiā. Dñi est terra et plenitudo eius. Si quis vocat vos infideliū ad cenā et vultis ire: oē qd̄ vobis apponit̄ mādUcate/ nihil interrogantes ꝓpter cōsciētiam. Si quis autē dixerit hoc imolaticiū est idolis: nolite manducare ꝓpter illum qui indicauit et propter cōsciētiā. Cōsciētiā aūt dico: nō tuā sed alterius. Ut q̄d eni libertas mea iudicat̄ ab aliena cōsciētia? Si eni ego cum gratia participo: q̄d blasphemoꝛ pro eo qd̄ gratias ago? Siue ergo manducatis siue bibitis: vel aliud q̄d facitis: oia in gloꝛiā dei facite. Secundū Matheū. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeoꝝ hō q̄dā habebat

duos filios: et accedẽs ad primũ dixit Fili. Uade hodie operari in vineã meã. Ille autẽ respõdẽs ait. Nolo Postea aũt penitẽtia motus abiit Accedẽs autẽ ad alterũ: dixit similiter. At ille respõdẽs: ait. Eo dñe: et nõ iuit. Quis ex duob⁹ fecit voluntatẽ patris? Dicũt ei. Primus Dicit illis iesus. Amẽ dico vobis: quia publicani et meretrices precedent vos in regno dei. Uenit enim ad vos iohannes in via iusticie: et non credidistis ei. Publicani autẽ et meretrices crediderũt ei. Uos autẽ videntes: nec penitẽtiã habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ Dñica proxima ante aduentũ

Dicit dominus ego cogito cogitationes pacis et nõ afflictiõis: invocabitis me et ego exaudiã vos et reducam captiuitatẽ vestrã de cunctis locis. Ps. Benedixisti domine terram tuã auertisti captiuitatem iacob. Gloria. Oratio

Excita q̃s dñe tuorum fidelium voluntates vt diuini operis fructũ propensius exequẽtes: pietatis tue remedia maiora percipiãt Per

Lectio hieremie prophete. xxiii.

Ecce dies veniũt dicit dñs et suscitabo dauid germen iustũ et regnabit rex et sapiẽs erit et faciet iudiciũ et iusticiam in terra In diebus illis saluabitur iuda: et israel habitabit confidenter. Et hoc est nomẽ quod vocabũt eũ dñs iust⁹ noster. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dñs: et non dicẽt vltra viuit dñs qui eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit dñs qui eduxit et adduxit semẽ dom⁹ israel de terra aquilonis et de cunctis terris ad quas eiecerã eos illuc. Et habitabunt in terra sua: dicit dñs ops.

Gr. Liberasti nos dñe ex affligẽtib⁹ nos et eos qui nos oderũt confudisti. V. In deo laudabimur tota die et noĩ tuo confitebimur in secula. Alla. V. Timebũt gentes nomen tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriã tuam. Per ebdo. q̃n de feria agitur dr istud Alla V. In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. vel Alla. V. Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo: et in cõspectu angelorum psallã corã te. ¶ Secundũ Johannẽ. vi.

In illo tempore. Cũ subleuasset oculos iesus et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum dicit ad philippum. Unde emem⁹ panes vt manducent hi? Hoc autẽ dicebat: temptans eum. Ipse enĩ sciebat quid esset facturus. Respõdit ei philippus. Ducentorũ denariorum panes non sufficiũt eis: vt vnusquisque modicũ quid accipiat Dicit ei vn⁹ ex discipulis eius: andreas frater symonis petri. Est puer vn⁹ hic: qui habet quinque panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dixit ergo iesus. Facite hoĩes discumbere Erat autẽ fenũ multũ in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi quinque milia. Accepit ergo iesus panes: et cum gratias egisset: distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus quãtũ volebant. Ut autẽ impleti sũt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmẽta ne pereant. Collegerũt

ergo et impleuerunt duodecim cophinos fragmētorū ex quinqꝫ panibus ordeaceis et duobus piscib⁹ que superfuerūt his qui manducauerāt. Illi ergo hoies cū vidissent qd fecerat signū dicebāt Quia hic est vere ppheta: qui venturus est in mūdū. Offr. De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Secreta.

SAcrificiū tibi dñe celebrandū placat⁹ intēde: qd et nos a viciis nostre ꝯditionis emundet et tuo noi reddat acceptos. P do. Cōio. Amen dico vobis: quicqd orantes petitis credite: qa accipietis et fiet vobis.

ANime nostre qs Postcō. oīps de⁹ diuino munere saciate hoc pascantur desiderio: vt a tuo spiritu iflāmati ante cōspectū venientis xpi filii tui velut clara luminaria fulgeam⁹. P eūd. in vnitate eiusdē. ¶ Cū plixū fuerit tēpus inter iceptionē hystorie Deus omniū. et aduētū dñi: Officium. Dicit dñs. per tres dñicas cātetur vt s notatū est. Cū vero breue fuerit tempus semp prima dñica āte aduentū qñ de dñica agit cātetur Dicit dñs. cū or. Excita qs dñe. Epla. Ecce dies veñ. Euangeliū. Cū subleuasset. Si vero dñica nō vacauerit: tunc in feriis primo loco p ebdomadā cātet Cetere vero dñice q remāserint in ferialib⁹ diebus cātet. ¶ Feria. iiii. quattuor tēpor mēsis septēbris. Officium.

EXultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmum iocū dū cū cithara: canite initiū mensis tuba: qa preceptū in israel est: et iudiciū deo iacob. ps. Testimonium in ioseph posuit illud: cū exiret de terra egypti Nō dr vlterius Orō sine Dñs vobiscū. sed tantū cū Orem⁹. Orō.

MIsericordie tue remediis q sum⁹ dñe fragilitas nostra subsistat: vt que sua ꝯditione atteritur tua clemētia reparetur. Per. Lectio amos prophete. ix.

HEc dicit dñs. Ecce dies veniunt: et comprehēdet arator messorē: ⁊ calcator vue mittentē semen. Et stillabūt montes dulcedinem: et oēs colles culti erūt. Et cōuertam captiuitatem populi mei israel: et edificabūt ciuitates desertas et habitabūt in eis. Et plantabunt vineas: et bibēt vinū earum Et facient ortos et comedēt fruct⁹ eorū. Et plātabo eos super humū suā: et nō euellā eos vltra de terra sua quā dedi eis. Dicit dñs oipotens. Gr. Uenite filii audite me timorē dñi docebo vos. V. Accedite ad eum et illuminamini: ⁊ facies vestre nō cōfundentur Non repetatur gr. hic dicit Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

PResta qs domie familie tue supplicāti vt dū a cibis corporalib⁹ se abstinēt a viciis quoqꝫ mente ieiunent. Per dominum. Hic dicunt memorie consuete. Lectio libri esdre. ii. viii.

IN dieb⁹ illis. Cōgregatus est ois populus: qsi vir vn⁹ ad plateā que est ante portā aqrū. Et dixerūt esdre scribe: vt afferret librū legis moysi quā pcepit dñs israeli. Attulit aūt esdras sacerdos librū corā multitudine virorū ac

mulierū cūctisqꝫ qui poterāt intelligere: in die pͥma mensis septimi. Et legit in eo apte in platea q̄ erat ante portā aquarū a mane vsqꝫ ad mediā diē: in cōspectu virorum ac mulierū et sapiētiū. Et aures oīs populi erāt erecte ad librū. Stetit āt esdras scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū: et steterūt iuxta eū. Et aperuit esdras librū corā oī populo: sup vniuersū quippe populū eminebat. Et cū aperuisset eū: stetit oīs populus: ꝫ bñdixit esdras dño deo voce magna Et respōdit oīs populus: amē. Eleuātes autē oēs populi manus suas: incuruati sunt: et adorauerūt deū proni in terrā Porro leuite silētiū faciebant in populo: ad audiendā legē. Popul⁹ autē stabat in gradu suo. Et legerūt in libro legis dei: distincte et aperte ad intelligendū et itellexerūt cū legerent. Dixit aūt neemias ꝫ esdras sacerdos ꝫ scriba: et leuite interpretātes vniuerso populo. Dies sanctificatus est dño deo nostro: nolite lugere et nolite flere. Flebat eni oīs populus cum audiret verba legis. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia et bibite mulsū: ꝫ mittite partes eis qui nō preparauerūt sibi: q̄a sanctus dies dñi est: et nolite ꝯtristari. Gaudiū eteni dñi est: fortitudo vestra. Gr.

Quis sicut dñs deus noster qui ī altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra ℣. Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperē. Repetatur grad.

Secundū Marcū. ix.

In illo tpe. Respōdēs vnus de turba: dixit ad iesū. Magister. Attuli filiū meū ad te / habentē spiritū mutū: q̄ vbicūqꝫ eū apprehēderit: allidit eū et spumat et stridet dētibus et arescit. Et dixi discipłis tuis: vt eijcerēt illū ꝫ nō potuerunt. Qui respōdēs eis dixit O generatio īcredula: q̄diu apud vos ero: q̄diu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerūt eū. Et cū vidisset eū: statim spiritus ꝯturbauit eū. Et elisus ī terrā: volutabatur spumās. Et interrogauit patrem eius. Quātū tpis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infātia. Et frequēter eū in ignem et in aquā misit vt eū perderet. Sed si quid potes adiuua nos: misertus nostri. Jesus aūt ait illi. Si potes credere: oīa possibilia sunt credēti Et cōtinuo exclamās pater pueri cū lacrimis aiebat. Credo dñe adiuua incredulitatē meā. Et cū videret iesus ꝯcurrentē turbā: cōminatus est spiritui immūdo dicens illi. Surde et mute spūs: ego tibi precipio exi ab eo: ꝫ amplius ne introeas in eum. Et clamās: et multū discerpēs eum: exijt ab eo. Et factus est sicut mortu⁹: ita vt multi dicerēt q̄a mortu⁹ est. Jesus aūt tenēs manū eius eleuauit eū ꝫ surrexit. Et cum introisset in domū: discipuli eius secreto iterrogabāt eū Quare nos nō potuim⁹ eijcere eū? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratiōe et ieiunio. Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Deus qui de his terre fructibus tua sacramēta cōstare

voluisti: presta qs: vt per hec opē nobis et psentis vite cōferas et eterne. Per dn̄m. Cōio. Comedite pinguia et bibite mulsū: et mittite partes eis qui nō preparauerūt sibi: sanctus enī dies dn̄i est nolite cōtristari: gaudium etenim dn̄i est fortitudo vestra. Postcōio.

Sumentes dn̄e dona celestia suppliciter deprecamur: vt que sedula seruitute donante te gerimus: dignis sensibus tuo munere capiamus. Per dn̄m nostrum.

¶ Feria vi. qttuor tpm. Officiū.

Letetur cor querentiū dn̄m: qrite dn̄m et cōfirmamini: qrite faciem eius semp. ps. Cōfitemini dn̄o et inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius.

Presta qs ops deus: Orō vt obseruationes sacras annua deuotione recolētes et corpore tibi placeamus et mente. Per.

Lectio osee prophete. xiiii

Hec dicit dn̄s. Cōuertere israel ad dn̄m deū tuū: quia corruisti in iiqtate tua. Tollite vobiscū v̄ba: et ɔuertimini ad dn̄m: et dicite ei. Omē aufer iniqtatē et accipe bonū: et reddemus vitulos labiorū nostrorū. Assur nō saluabit nos. Sup equum nō ascēdemus: neq dicem⁹ vltra dii nostri opera manuū nostrarū qa eius qui in te est misereberis populi. Sanabo cōtritiōes eorū: diligā eos spōtanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros: et israel germinabit sicut lilium. Et erumpet radix eius: vt libani erūt rami eius. Et erit quasi oliua gloria eius: et odor eius vt libani. Cōuertent sedētes in vmbra eius: viuēt tritico et germinabunt quasi vinea. Meōriale eius sicut vinū libani. Ego exaudiā et dirigā eū: ego vt abietē virētem ex me fructus tuus iuētus est. Quis sapiēs et intelliget ista: intelligens et sciet hec? Qr recte vie dn̄i et iusti ambulabūt in eis. Gr. Cōuertere dn̄e aliquātulum et deprecare sup seruos tuos. V. Domine refugium factus es nobis a gn̄atione et pgenie. Repetat gr. ¶ Secundū Lucā. vii.

In illo tpe. Rogabat iesum qdā phariseus: vt mādúcaret cū illo. Et igressus domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit q iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrum vnguēti. Et stās retro secus pedes dn̄i lacrimis cepit rigare pedes ei⁹: et capillis capitis sui tergebat. Et osculabat pedes eius et vnguēto vngebat. Uidēs aūt phariseus q vocauerat eū: ait intra se dicēs. Hic si esset propheta: sciret vtiq que et qualis est mulier que tangit eū qa peccatrix est. Et respōdēs iesus dixit ad illū. Symon: habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respōdit ei iesus. Duo debitores erāt cuidā feneratori: vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Nō habētibus illis vnde redderēt: donauit vtrisq. Quis ergo eū plus diligit? Respōdēs āt symon dixit. Estimo qa is q plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cōuersus ad mulierem dixit symoni. Uides hāc mulierē

Intraui in domū tuā: aquā pedibus meis nō dedisti. Hec aūt lacrimis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculū michi nō dedisti: hec aūt ex quo intraui nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti: hec autem vnguēto vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi. Remittūť ei peccata multa quoniā dilexit multū. Cui aūt minus dimittiť: minꝰ diligit. Dixit āt ad illā dn̄s. Remittunť tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discūbebāt: dicere intra se. Quis est hic qui etiā peccata dimittit? Dixit autē ad mulierē. Fides tua te saluā fecit: vade in pace

Offꝫ. Bn̄dic aīa mea dn̄o: ꝛ noli obliuisci oēs retributiones eius: et renouabitur sicut aquile iuuētus tua. Secreta.

ACcepta tibi sint dn̄e q̄s nr̄i dona ieiunii que nos et expiādo tua gratia dignos efficiāt: et ad sempiterna ꝓmissa ꝑducant Per. Cōio. Aufer a me opprobrium et cōtēptū quia mandata tua exquisiui dn̄e: nam et testimonia tua meditatio mea est.

Q Uesumus oṗs Postcōio deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. Per dn̄m.

¶ Sabbato q̄ttuor tpm. Offm̄.

VEnite adoremꝰ deū et ꝓcidamus ante dn̄m ploremus āte eū q̄ fecit nos q̄a ipse est dn̄s deus noster. ps. Uenite exultemus dn̄o: iubilemꝰ deo salutari nostro. Oēs orationes p̄ter vltimā dicunť sine Dn̄s vobiscū: sed tantum cum Oremus. Oratio.

OMn̄ps sempiterne deus q̄ per cōtinentiā salutarē et corporibus mederis et mentibus maiestatē tuā suppliciter exoramus: vt pia ieiunātiū dep̄catiōe placatus: et p̄sentia nobis subsidia prebeas et futura. Per. Oēs lectiones cum suis titulis legātur. Discurrant lectiōes et grꝫ. hinc inde vtš in quattuor tēporibus aduentus domini.

Lectio libri leuitici. xxiii.

IN diebus illis. Locutus est dn̄s ad moysen dicēs. Decimo die mēsis huius septimi: dies expiationū erit celeberrimus: ꝛ vocabiť sanctus. Affligetisq̄ aīas vestras in eo: et offeretis olocaustum dn̄o. Oē opus seruile non facietis in tpe diei huius: q̄a dies expiciationis est vt ꝓpicieť vobis dn̄s deus vester. Oīs aīa que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et que operis quippiam fecerit: delebo eā de ppl̄o suo. Nichil ergo operis facietis in eo. Legittimū sēpiternū erit vobis in cūctis generatiōibus ꝛ habitatiōibus vestris. Sabbatū requetiōis est/ affligetisq̄ aīas vestras. Die nono mēsis huiꝰ a vespe vsq̄ ad vesperū celebrabitis sabbata vestra Dicit dn̄s oṗs. Grꝫ. Propiciꝰ esto dn̄e peccatis nostris nequādo dicāt gētes vbi est deus eorꝫ. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem noīs tui dn̄e libera nos. Non repetatur gradꝫ. Oratio.

DA nobis q̄s oṗs deus: vt ieiunando tua gratia satiemur: et abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per dn̄m

Lectio libri leuitici. xxiij.

In diebus illis. Locutus est dn̄s ad moysē dicēs. Quītodecimo die mēsis septimi: qn̄ congregaueritis oēs fructus terre vr̄e: celebrabitis ferias dn̄i septē dieb⁹. die pmo et die octauo erit sabbatū id est reqes. Sumetisq̧ vobis die pmo fructus arboris pulcherrime spatulasq̧ palmar et ramos ligni densarū frōdiū et salices de torrēte et letabimini corā dn̄o deo vestro: celebrabitisq̧ solēnitatē eius septē dieb⁹ p ān̄ū. Legittimū sēpiternū erit vobis: i cūctis gn̄atiōib⁹ vr̄is Mēse septimo festa celebrabitis: ⁊ habitabitis ī vmbraculis septē diebus. Oīs qui de genere israel est: manebit in tabernaculis vt discāt posteri vestri q̄ in tabernaculis habitare fecerim filios israel cū educerē eos de terra egypti. Ego dn̄s deus vester. Gr. Protector noster aspice deus: ⁊ respice sup seruos tuos. V. Dn̄e de⁹ btutū exaudi pces seruor tuor. Orō

Da q̄s dn̄e fidelib⁹ tuis bn̄ficijs gratulari supplicit implorātis: et q̄ ieiunijs te venerātur exhibit⁹ bonor tuor copijs ipleāt P Lectio michee pphete. vij.

Domine de⁹ noster pasce populū tuū in vga tua: gregē hereditatis tue habitātes solos in saltu iuxta dies ātiquos. Videbūt gentes: et confundent super oī fortitudine sua. Quoniā quis deus similis tui: q̄ aufers iniqtatē ⁊ trāsfers peccatū reliq̄arū hereditatis tue: Nō imittet vltra furorē suū: quoniā volēs miam est. Et reuertet et miserebit nr̄i. Deponet oēs iniqtates nr̄as: ⁊ pijciet in pfūdū maris oīa pctā nostra. Dabis veritatē iacob: miam abrahā: que iurasti patrib⁹ nostris a dieb⁹ ātiq̄s: Dn̄e de⁹ nr̄. Gr. Dirigat orō mea sicut icēsū i cōspectu tuo dn̄e. V. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespti nū. Orē⁹. Orō.

Presta q̄s dn̄e sic nos ab epulis abstinere carnalib⁹: vt a vicijs irruentibus pariter ieiunemus. P Lectio zacharie pphē viij

In dieb⁹ illis. Factū est vbū dn̄i ad me dicens. Hec dicit dn̄s de⁹ exercituū. Sicut cogitaui vt affligerē vos: cū ad iracūdiā puocassēt me patres vestri ⁊ nō sum misert⁹: sic conuersus cogitaui in diebus istis vt bn̄faciā hiertm ⁊ domui iuda. Nolite timere. Hec sunt enī vba: que facietis. Loq̄mini veritatē vnuq̄sq̧ cū pximo suo: veritatē et iudiciū pacis iudicate in portis vestris et vnusq̄sq̧ malū ctra amicū suū ne cogitetis in cordib⁹ vr̄is et iuramētū mendax ne diligatis. Oīa enī hec sunt que odi dicit dn̄s Et factū est vbū dn̄i exercituū ad me dicēs. Hec dicit dn̄s deus exercituū. Jeiuniū pmi: ieiuniū q̄rti: ieiuniū q̄nti et ieiuniū septi: et ieiuniū decimi: erit domui iude: i gaudiū ⁊ leticiā: ⁊ i solēnitates pclaras Veritatē tm̄ ⁊ pacē diligite: ait dn̄s exercituū. Gr. Saluū fac populū tuū dn̄e: et bn̄dic hereditati tue. V. Ad te dn̄e clamaui deus meus ne sileas a me ⁊ ero similis descēdētib⁹ in lacū. Orem⁹. Orō

Ut nobis dn̄e tribuis solēne tibi deferre ieiuniū sic nobis q̄s idulgētie pstā subsidiū. P do. Lctō v. Angel⁹ dn̄i. tota legat sicut in sabbato q̄ttuor tpm in ebd̄.

pethe. Duo clerici de scda forma i- suppellicijs ad grad. cho. sit cātēt

Omnipotētē semp ado Tractū. rāt. Et būdicunt oē p euū Chor⁹ idē repetat. Clerici. ℣. Astra polorū cuncta hoim gens solqꝫ sororqꝫ lumina celi Chor⁹. Oipotētē Clerici. ℣. Sic quoqꝫ limphe q̄qꝫ supne ros pluuieqꝫ spūs ois Cho. Et būdicūt. Cle. ℣. Ignis ⁊ est⁹ cauma geluqꝫ frigus et ardor atqꝫ pruina Cho. Oipotētem. Cle. ℣. Nix glacies noxqꝫ diesqꝫ lux tenebreqꝫ fulgura nubes Cho. Et būdicūt. Cle. ℣. Arida mōtes germia colles flumina fōtes pōtus ⁊ vnde Cho. Oipotentē. Cle. ℣. Diabiua que vehit equor vegetat aer terraqꝫ nutrit. Cho. Et būd. Cle. ℣. Cūcta hoim gēs isrl̄ ipse christicoleqꝫ seruuli quiqꝫ. Cho. Oipotentē. Cle. ℣. Scti humilesqꝫ corde benigno tresqꝫ pusilli exuperātes Chorus. Et būd. Cle. ℣. Rite camini ignei flāmas iussa tirāni tēpnere prōpti. Cho. Oipotentē. Cle. ℣. Sit genitori laus genitoqꝫ lausqꝫ btō flamini sacro. Cho. Et bened. Clerici reincipiāt trac. Oipotentem. et pcantet a choro. Sequat Dn̄s vobiscū. et Oremus Oratio

Deus q̄ trib⁹ pueris mitigasti flāmas igniū: ꝯcede ppitius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorꝫ. Per Hic dicunt mēorie ꝯsuete. Ad hebreos. ix

Frēs. Tabernaculū factū ē pmū i quo erāt cādelabra et mensa ⁊ ppositio panū qd dicit sctā. Post velamētū autē scdm tabernaculū: qd dicit sctā sctorꝫ: habēs aureū thuribulū et arcā testamēti circūtectā ex oi pte auro. In qua erat vrna aurea habēs māna et vga aaron q̄ frōduerat: ⁊ tabule testamēti sup que erāt cherubī glorie obūbrātia ppiciatoriū: de qb⁹ nō est modo dicēdū p singula. His vero ita cōpositis: i pori qdē tabernaculo semp introibāt sacerdotes sacrificiorꝫ officia ꝯsūmātes. In secūdo aūt semel i anno sol⁹ pōtifex nō sine sāguine quē offerret p sua et ppli ignorātia. Hoc significāte spū sctō nōdū ppalatā esse sctōrū viā: adhuc pori tabernaclo habēte statū. Que parabola est tpis instātis: iuxta quā munera ⁊ hostie offerunt que nō possūt iuxta ꝯscientiā pfectū facere seruiētē. Solūmodo in cibis ⁊ in potib⁹ et varijs baptismatibus ⁊ iusticijs carnis: vsqꝫ ad tēpus correctiōis ipositis. Christ⁹ autē assistēs pōtifex futurorꝫ bonorū pamplius: ⁊ pfecti⁹ tabernaculū nō manufactū id est nō hui⁹ creationis: neqꝫ per sāguinē hyrcorū aut vitulorū: sed p ppriū sāguinē itroiuit semel in sctā: eterna redēptione inuēta. Duo clerici de scda forma i cappis suis nigris ad gradū chori simul dicāt totū ⁊ itegrū

Tractum Laudate dn̄m oēs gētes: et collaudate eū oēs populi. ℣. Quoniā ꝯfirmata est sup nos mia ei⁹: ⁊ veritas dn̄i manet ieternū. ¶ Scdm Lucam. xiij.


In illo tpe. Dicebat ies⁹ turbis silitudinē hanc. Arborē fici habebat qdā plātatā in vinea sua: et venit q̄rēs fructū in illa ⁊ nō iuenit. Dixit aūt ad cultorē vinee Ecce āni tres sūt: ex q̄ venio q̄rens fructū in ficulnea hac: ⁊ nō iuenio Succide ergo illā. Ut qd etiā terrā occupat? At ille rn̄dens: ait illi. Dn̄e dimitte illā ⁊ hoc anno: vsqꝫ

dñ fodiã circa illã ⁊ mittã stercora Et siquidẽ fecerit fructũ: sinautẽ/ in futurũ succides eã. Erat aũt docens in synagoga eorum sabbatis Et ecce mulier que habebat spiritũ ĩfirmitatis ãnis decẽ et octo: et erat inclinata nec poterat oĩno sursũ respicere. Quã cũ videret iesus: vocauit eã ad se/et ait illi. Mulier dimissa es: ab infirmitate tua. Et ĩposuit illi man⁹: et ꝯfestim erecta est: et gl'ificabat deũ. Respõdẽs autẽ archisynagogus indignans: q̈a sabbato curasset iesus: dicebat turbe Sex dies sũt: in q̈b⁹ oportet operari. In his ergo venite et curamini: et nõ in die sabbati. Respondit autẽ ad illũ dñs: et dixit. Hypocrite: vnusq̈sq3 vestrũ sabbato nõ soluit bouẽ suũ aut asinũ a p̄sepio/ et ducit adaq̃re. Hãc autẽ filiã abrahe quã alligauit sathanas ecce decẽ et octo ãnis: nõ oportuit solui a vinculo isto die sabbati. Et cũ hec diceret erubescebãt oẽs aduersarij eius. Et oĩs populus gaudebat in vniuersis: que gloriose fiebant ab eo. Off. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Quesumus dñe nr̃is placare munerib⁹ et ieiunijs q̃m tu eadẽ tribuis vt placeris P. Cõ. Mẽse septimo festa celebrabitis cũ in tabernaculis habitare fecerim filios isrl': cũ eduxerim eos de terra egypti ego dñs de⁹ vester

Perficiãt in nobis Postcõio dñe q̃s tua sacramẽta q̃d cõtinẽt: vt que nũc specie gerim⁹ certa rerũ veritate capiam⁹. Per do.

¶ In die dedicatiõis eccl'ie. Offm.



Erribilis est locus iste hic dom⁹ dei est et porta celi: et vocabit' aulã dei. In tpe pasalk'a ps Dñs regnauit decorẽ ĩdut⁹ est: indutus est dñs fortitudinẽ ⁊ p̄cinxit se

Deus qui nobis per Oratio singulos annos huius sancti tẽpli tui cõsecratiõis reparas diem/et sacris semp mysterijs representas ĩcolumes: exaudi preces populi tui et presta: vt quisq̈s hoc tẽplum beneficia petiturus ingreditur: cũcta se impetrasse letet'. Per.

Lcõ libri apocalip. bti iohis apl'i.

In dieb⁹ illis. Ego iohãnes vidi ciuitatẽ sãctam hier'm nouã descẽdẽtẽ de celo a deo paratã sicut spõsã ornatã viro suo. Et audiui vocẽ magnã de throno dicentẽ. Ecce tabernaculũ dei cũ hoĩbus: ⁊ habitabit cũ eis. Et ipsi populus ei⁹ erunt: ⁊ ip̄e de⁹ cũ eis erit eo⁊ de⁹. Et absterget de⁹ oẽs lachrimã ab oc'lis eo⁊: ⁊ mors vltra non erit: neq3 luctus/neq3 clamor/neq3 dolor erit vltra: q̃ p̄ma abier't Et dixit q̃ sedebat ĩ throno ecce noua facio oĩa. Gr. Locus iste a deo factus est ĩestimabile sacramẽtũ irreprehẽsibilis est. ℣ De⁹ cui astat angelo⁊ chor⁹ exaudi preces seruo⁊ tuo⁊. All'a. ℣. Adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ: et cõfitebor noĩ tuo. Hec duo all'a seq̄ntia: dicunt' alternis vicibus p octa. nisi in dñica ⁊ ĩ oc. die. All'a. ℣ O q̃ metuẽdus et venerãdus est locus iste: vere non est hic aliud nisi domus dei et porta celi All'a. ℣ Fundata est domus dñi sup verticẽ mõtiũ et exaltata est sup oẽs colles. Licet in xl. hoc festũ euenerit: dicit' ista Seq̄ntia

H Jerusalē et syō filie: cet⁹ oīs fidei curie melos pangat iugis leticie alla. Christ⁹ eni desposat hodie matrē nostrā norma iusticie quā de lacu traxit miserie ecclesiā. In spūs scti clemētia: sponsa sponsi letat̄ gratia a reginis laudis cū glia felix dicta. Dos vt dat̄ crescit leticia: que dos quanta triplex potētia: tāgēs celū terras ⁊ stigia iusticia Mira loquor sed sana credere federatā tā largo munere: de pprio pduxit latere deus homo Formaret vt sic eccl'ia figurauit in pari glia: ade costis formata femina hostis eua. Eua fuit nouerca posteris: hec est mater electi generis: vite portus asilū miseris et tutela Pulchra potēs partu mirabilis: vt luna sol fulget spectabilis plus acie multo terribilis ordinata. Multiplex est singularis vna generalis et indiuidua: oīs eui sexus simul vna parit turmas. Hec signata iordanis fluctib⁹: hec que venit e terre finib⁹: sciētiā audire comin⁹ salomōis. Sic typicis descripta sēsib⁹: nuptiar̄ īduta vestibus celi pstet hodie ciuib⁹ xpo iuncta O solēnis festū leticie: quo vnitur xpus eccl'ie i qua nr̄e salutis nuptie celebrant̄. Cet⁹ felix dulce cōuiuiū lapsis ibi dat̄ solatiū desperatis offert̄ spaciū respirādi. Iustis inde soluūt̄ pmia: āgelor̄ nouātur gaudia lata nimis qd facit gr̄a caritatis Ab eterno fōs sapiētie ītuitu solius gr̄e sic puidit in rerū serie hec futura. Christus ergo nos suis nuptijs recreatos veris diuitijs interesse faciat socijs elector̄

Infra lxx. vsq₃ ad caput ieiunij in octa. tm̄ hui⁹ festi dr̄ seq̄ns Trac. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū concupiscit et deficit aīa mea in atria dn̄i. ℣. Cor meū et caro mea exultauerūt in deū viuū. ℣. Etenim passer iuenit sibi domū et turtur nidū sibi vbi reponat pullos suos. ℣. Altaria tua dn̄e vtutū: rex me⁹ ⁊ deus meus ℣. Beati qui habitant in domo tua: ineternū laudabunt te dn̄e. In tpe pascali erit scdm Alla de resurrectione quotidie per octa. et in octa. et etiā in pma die.

¶ Secundū Lucam. xix.

In illo tpe. Egressus iesus pambulabat hierico. Et ecce vir noīe zacheus: et hic erat princeps publicanorū et ipse diues. Et querebat videre iesū q̄s esset ⁊ non poterat pre turba: q̄a statura pusillus erat. Et precurrēs ascēdit in arborē sicomorū vt videret eū: quia inde erat trāsiturus Et cū venisset ad locū: suspiciēs iesus vidit illū/ et dixit ad eū: zachee festinās descēde: q̄a hodie in domo tua oportet me manere: et festinās descēdit/ excepit illū gaudēs. Et cū viderēt oēs: murmurabāt dicētes q̄ ad hominē peccatorē diuertisset. Stans autem zacheus dixit ad dn̄m. Ecce dimidiū bonor̄ meor̄ dn̄e do pauperibus: ⁊ si quid aliquē defraudaui/ reddo quadruplū. Ait iesus ad eū. Quia hodie salus domui huic facta est: eo q̄ et ipse filius sit abrahe. Uenit eni filius hoīs querere: ⁊ saluū facere quod perierat. Offr. Dn̄e de⁹ in simplicitate cordis mei let⁹ obtuli vniuersa: ⁊ populū tuū qui repert⁹ est vidi cū ingenti gaudio deus israel custodi

hãc volũtatẽ. In tpe pas. all'a. Secr.

Annue q̃s dñe precibus nostris: vt quicũq3 intra templi huius: cui⁹ anniuersarium dedicatiõis diem celebramus ambitum ɔtinemur: plena tibi atq3 perfecta corporis et anime deuotione placeamus vt dũ hec presentia vota reddim⁹ ad eterna premia te adiuuãte peruenire mereamur. Per dñm. Prefatio quotid. Cõio. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dñs: in ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. In tẽpore pascali all'a all'a. Postcõio.

Deus qui ecclesiã tuam spõsam vocare dignatus es vt que habebat gratiã per fidei deuotionẽ: haberet etiã ex noĩe dignitatẽ: da vt oĩs hec plebs tuo nomini seruiẽs huius vocabuli ɔsortio digna inueniatur. Qui viuis et reg. cum deo patre. Si hoc festũ a lxx. vsq3 ad pasca contigerit: dicit̃ in fine misse Benedicam⁹ dño. Si autem alio tpe anni: finiat̃ cum Ite missa est. Per totas octa. dicit̃ eadẽ missa de dedicatione quãdocũq3 hoc festũ sc3 ab octa. epyphanie vsq3 ad lxx. ⁊ ab octa. pasce vsq3 ad ascensionem dñi vel a festo sancte trinitatis vsq3 ad aduẽtum domini cõtigerit: nisi festũ ix. lec. intercurrat: sed sine seqũtia et Credo. tamen in dñica dicit̃ ista seqũtia.

Letabundus exultet fidelis chorus celi curie. Cum iocundus ornatur regine thorus regi glorie. In tali connubio nubit lappa lilio soli stella. Cũ miro cõsortio anime fit vnio dei cella Celebratur hodie christi et ecclesie caste nuptie. Sicut iungit spiritum homo deo subditum iugo gratie. In hoc matrimõio caro dei filio nupsit nobili. Ipse vero filius sũmus et exími⁹ cessit humili. Una summus petiit et spõsam expetiit quam de nigra gestiit candidare. Fecit q̃d disposuit quia fedã potuit quãdo sibi placuit emundare Ancilla propera. Ut fias libera. Cum viro regnans septrigera. Sponsum considera. Quem velat littera. Ipsũ reuelat fides vera. ¶ Secundũ Lucam. vi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Oĩs qui venit ad me et audit sermones meos ⁊ facit eos: ostendã vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domũ: qui fodit in altũ: et posuit fũdamentũ supra petram. Inundatione autẽ facta: illisum est flumẽ domui illi/et non potuit eam mouere. Fundata eñi erat: supra firmam petrã. Credo. In octa. dedicationis eccl'ie omnia fiant sicut in prima die/cum hac sequentia.

Quam dilecta tabernacula domini virtutum et atria. Quam electi architecti tuta edificia. Que non mouent immo fouent vẽtus flumen pluuia. Quã decora fundamenta per concinna sacramenta vmbre precurrentia. Latus ade dormiẽtis euam fudit immanentis copule primordia. Arcam ligno fabricatam noe seruat gubernatam per mundi diluuium. Prolem sera tandem feta anus sara ridet leta nostrũ lactans

gaudiũ. In biuio tegẽs nuda: geminos parit ex iuda thamar diu vidua. Sic moyses a puella dñi se lauit i fiscella reperit cirpea. Hic mas agn9 immolat quo israel saciatur ei9 tinctus sanguine. Hinc venit austri regina salomõis qua diuina condit sapiẽtia. Hec est nigra sed formosa: myrrha et thure fumosa vga pigmẽtaria. Sic futura q̃ figura obũbrauit reserauit nobis dies gratie. Iam i lecto cũ dilecto quiescam9 et psallamus assũt eni nuptie. Quarũ tonat iniciũ in tubis epulãtiũ et finis p psalteriũ. Spõsũ millena milia vna laudãt melodia sine fine dicentia alla alla. ¶ Scdm iohãnẽ. x.

In illo tpe. Facta sunt encenia in hierosolymis: et hyẽs erat. Et ambulabat iesus in tẽplo in porticu salomonis. Circũdederunt ergo eum iudei: et dicebãt ei. Quousq animã nostrã tollis: Si tu es xp̃s: dic nobis palã Respõdit eis iesus. Loquor vobis: et nõ creditis. Opera que ego facio in noĩe patris mei: hec testimoniũ perhibent de me. Sed vos nõ creditis: quia nõ estis ex ouib9 meis. Oues mee vocẽ meam audiũt: et ego cognosco eas: et sequunt me. Et ego vitã eternã do eis: et nõ peribunt in eternũ et nõ rapiet eas quisq de manu mea. Pater meus qd dedit michi maius oĩbus est: et nemo potest rapere de manu pr̃is mei. Ego et pater: vnũ sumus. Nõ d: Credo. nisi dñica fuerit. Si hoc festũ a capite ieiunij vsq ad cenã dñi cõtigerit: nichil fiat de festo nisi tãtũ in prima die: p̃ter memoriã infra octa. et in octa. ¶ In cõsecratiõe ecclesie Ad missam Officium.



Terribilis est locus iste hic dom9 dei est et porta celi et vocabit aula dei. In tpe pascali alleluia. ps. Dñs regnauit decorẽ indutus est: indutus est dñs fortitudinẽ et precinxit se. Gloria patri. Oratio

Deus qui sacrandorum tibi auctores munerũ effunde super hãc orõnis domũ bñdictionẽ tuã: vt ab oĩb9 inuocãtib9 nomẽ tuũ defẽsionis tue auxiliũ sentiat Per. Epl̃a. Ego iohãnes vidi ciuitatem vt̃s in die dedica. Gr. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentũ irreprehẽsibilis est. V. De9 cui astat angelorum chorus exaudi preces seruorũ tuorũ Alla. V. Adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ et cõfitebor noĩ tuo. Sequentia. Quã dilecta vt̃s in octa. dedica. Euãgeliũ. Egressus iesus pambulabat. vt̃s in die dedica. Offr. Dñe de9 in simplicitatẽ cordis mei let9 obtuli vniuersa: et populũ tuũ qui repertus est vidi cum ingẽti gaudio deus israel custodi hanc voluntatẽ. In tpe pas. alla. Secreta.

Deus qui in omni loco dñationis tue tot9 assistis et totus operaris accepta sacrificiũ noĩ tuo benignus oblatũ: et huius domus cui9 es fundator esto ptector: vt in virtute spũs scti fiat hic semper seruiẽtiũ etiã tibi deuota libertas. Per dñm In vnitate eiusdẽ.

Cõio. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dñs: in ea oĩs qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur In tpe pascali. alla alla. Postcõio

SAcramentis dñe refectis salutaribus gratias tibi referimus: reple q̃sumus hoc tẽplum tue gloria maiestatis: vt in honorẽ nominis tui fiat populo tuo domus orationis. Per dñm nostrũ.

¶ In recõciliatiõe ecc͞lie Officiũ.



DUm sanctificatus fuero in vobis ꝯgregabo vos de vniuersis terris et effundã sup vos aquã mũdã: et mũdabimini ab oib⁹ inquinamẽtis vestris: ⁊ dabo vobis sp̃m nouũ. In tp̃e pasc̃ all'a. ps. B̃ndicã dñm in omni tẽpore: semp laus eius in ore meo. Orõ.

DEus qui dixisti dom⁹ mea domus orõnis vocabit̃: domũ istã gẽtiũ spurcitijs ꝯtaminatã mũdare ⁊ sctificare digner͛: vt oim̃ p̃ces ⁊ vota ĩ loco hoc ad te clamãtiũ clemẽter exaudias: et benigne perficias. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo. Ep̃la. Ego iohãnes. sicut in die dedicationis. Gr̃. Tollite hostias in introite in atria eius adorate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dñs cõdensa et in tẽplo eius omnes dicẽt gloriã. All'a. ℣ Cõfitemini dño et inuocate nomẽ ei⁹: annũciate inter gẽtes opera eius.

¶ Secundum Lucam. vj.

IN illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis. Nõ est arbor bona q̃ facit fruct⁹ malos: neq̃ arbor mala faciẽs fructũ bonũ. Unaq̃q̃ eni arbor: de fructu suo cognoscit̃ Neq̃ eni de spinis colligũt ficus: neq̃ de rubo vindemiãt vuã. Bon⁹ homo de bono thesauro cordis sui p̱fert bonũ: et malus homo de malo thesauro p̱fert malũ Ex abũdãtia eni cordis: os loquit̃. Quid eni vocatis me dñe dñe: et nõ facitis q̃ dico? Ois qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostẽdã vobis cui similis sit. Similis est hoi edificanti domũ q̃ fodit in altũ: ⁊ posuit fundamẽtum supra petrã. Inundatiõe aũt facta: illisũ est flumen domui illi/et non potuit eã mouere. Fundata enim erat supra firmã petrã. Off'r. Oraui deũ meũ ego daniel dicens. exaudi dñe p̱ces serui tui: illumina faciẽ tuã sup sãctuariũ tuũ: et p̱picius intẽde populũ istũ sup quẽ inuocatũ est nomẽ tuũ de⁹. Et finiatur in tractu p̱ece. cũ all'a all'a

HEc hostia q̃s dñe Secreta. et locũ istũ ab immũdicijs iniquorꝫ vel patrate offensionis expurget: et supplicationes nr̃as hic et vbiq̃ tibi reddat acceptas. P̃ d̃. Cõio. Acceptabis sacrificiũ iusticie oblatiões et olocausta super altare tuum dñe. In tp̃e pascali all'a all'a. Postcõio

PErcipientes dñe munera salutis eterne te supplices exoramus: vt tẽplũ hoc vel cimiteriũ a barbarorꝫ vel iniquorꝫ inquinamẽtis emũdatũ: tua benedictione maneat sãctificatũ: et pectora nr̃a ab omni sorde viciorũ aliena tibi semper assistãt deuota. Per dñm.

¶ Sequũtur informatiões ⁊ cautele obseruande presbytero volenti diuina celebrare.

PRima cautela ẽ vt sacerdos missam celebraturus cõsciẽtiam suã p̱ purã ꝯfessionẽ optime p̱reparet/sacramẽtũ vehemẽter desideret/et cõfiteri intendat. Notulam de modo agẽdi officiũ memo

gaudiū. In biuio tegēs nuda: gemminos parit ex iuda thamar diu vidua. Sic moyses a puella dū se lauit i fiscella reperit cirpea. Hic mas agn⁹ immolat quo israel saciatur ei⁹ tinctus sanguine. Hinc venit austri regina salomōis qua diuina condit sapiētia. Hec est nigra sed formosa: myrrha et thure fumosa ⱱga pigmētaria. Sic futura q̄ figura obūbrauit reserauit nobis dies gratie. Iam i lecto cū dilecto quiescam⁹ ⁊ psallamus assūt eni nuptie. Quarū tonat iniciū in tubis epulātiū ⁊ finis p psalteriū. Spōsū millena milia vna laudāt melodia sine fine dicentia all'a all'a. ℂ Scd̄m iohānē. x.

In illo tpe. Facta sunt encenia in hierosolymis: ⁊ hyēs erat. Et ambulabat iesus in tēplo in porticu salomonis. Circūdederunt ergo eum iudei: ⁊ dicebāt ei. Quousq̄ animā nostrā tollis? Si tu es xp̄s: dic nobis palā. Respōdit eis iesus. Loquor vobis: et nō creditis. Opera que ego facio in noīe patris mei: hec testimoniū perhibent de me. Sed vos nō creditis: quia nō estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocē meam audiūt: et ego cognosco eas: et sequunt me. Et ego vitā eternā do eis: et nō peribunt in eternū et nō rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pater meus qd̄ dedit michi maius oībus est: ⁊ nemo potest rapere de manu pr̄is mei. Ego et pater: vnū sumus. Nō dr̄ Credo. nisi dn̄ica fuerit. Si hoc festū a capite ieiunij vsq̄ ad cenā dn̄i cōtigerit: nichil fiat de festo nisi tātū in prima die: p̄ter memoriā infra octa. et in octa. ℂ In cōsecratiōe ecclesie Ad missam Officium.



Terribilis est locus iste hic dom⁹ dei est et porta celi et vocabit aula dei. In tpe pascali alleluia. Ps. Dn̄s regnauit decorē indutus est: indutus est dn̄s fortitudinē et precinxit se. Gloria patri. Oratio

Deus qui sacrandor tibi auctores munerū effunde super hāc orōnis domū bn̄dictionē tuā: vt ab oīb⁹ inuocātib⁹ nomē tuū defēsionis tue auxiliū sentiat Per. Ep̄la. Ego iohānes vidi ciuitatem vt̄s in die dedica. Gr. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentū irreprehēsibilis est. ℣. De⁹ cui astat angelor chorus exaudi preces seruorū tuorū All'a. ℣. Adorabo ad tēplū sanctū tuū et cōfitebor noī tuo. Sequentia. Quā dilecta vt̄s in octa. dedica. Euāgeliū. Egressus iesus pambulabat. vt̄s in die dedica. Offr. Dn̄e de⁹ in simplicitatē cordis mei let⁹ obtuli vniuersa: et populū tuū qui repertus est vidi cum ingēti gaudio deus israel custodi hanc voluntatē. In tpe pas. all'a. Secreta.

Deus qui in omni loco dn̄ationis tue tot⁹ assistis et totus operaris accepta sacrificiū noī tuo benignus oblatū: et huius domus cui⁹ es fundator esto ptector: vt in virtute sp̄ūs scti fiat hic semper seruiētiū etiā tibi deuota libertas. Per dn̄m In vnitate eiusdē. Cōio. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dn̄s: in ea oīs qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur In tpe pascali. all'a all'a. Postcōio

Sacramentis dñe refectis salutaribus gratias tibi referimus: reple q̄sumus hoc tēplum tue gloria maiestatis: vt in honorē nominis tui fiat populo tuo domus orationis. Per dñm nostrū.

¶ In recōciliatiōe ecck'e Officiū.

Dum sanctificatus fuero in vobis ꝯgregabo vos de vniuersis terris et effundā sup vos aquā mūdā: et mūdabimini ab oib⁹ inquinamētis vestris: ꝛ dabo vobis spm̄ nouū. In tp̄e pasc. all'a. ps. Bñdicā dñm in omni tēpore: semp laus eius in ore meo. Orō.

Deus qui dixisti dom⁹ mea domus orōnis vocabit': domū istā gētiū spurcitijs ꝯtaminatā mūdare ꝛ sctificare digner': vt oim p̄ces ꝛ vota i loco hoc ad te clamātiū clemēter exaudias: et benigne perficias. Qui viuis ꝛ regnas cū deo. Ep'la. Ego iohānes. sicut in die dedicationis. Gr'. Tollite hostias in introite in atria eius adorate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dñs cōdensa et in tēplo eius omnes dicēt gloriā. All'a. ℣. Cōfitemini dño et iuocate nomē ei⁹: annūciate inter gētes opera eius.

¶ Secundum Lucam. vj.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Nō est arbor bona q̄ facit fruct⁹ malos: neq̄ arbor mala faciēs fructū bonū. Unaq̄q̄ eni arbor: de fructu suo cognoscit'. Neq̄ eni de spinis colligūt ficus: neq̄ de rubo vindemiāt vuā. Bon⁹ homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bonū: et malus homo de malo thesauro ꝓfert malū. Ex abūdātia eni cordis: os loquit'. Quid eni vocatis me dñe dñe: et nō facitis q̄ dico? Ois qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostēdā vobis cui similis sit. Similis est hoi edificanti domū q̄ fodit in altū: ꝛ posuit fundamētum supra petrā. Inundatiōe aūt facta: illisū est flumen domui illi/et non potuit eā mouere. Fundata enim erat supra firmā petrā. Off'. Oraui deū meū ego daniel dicens. exaudi dñe preces serui tui: illumina faciē tuā sup sāctuariū tuū: et ꝓpicius intēde populū istū sup quē inuocatū est nomē tuū de⁹. Et finiatur in tractu prece. cū all'a all'a

Hec hostia q̄s dñe Secreta. et locū istū ab immūdicijs iniquor' vel patrate offensionis expurget: et supplicationes nr̄as hic et vbiq̄ tibi reddat acceptas. P. d.

Cōio. Acceptabis sacrificiū iusticie oblatiōes et olocausta super altare tuum dñe. In tp̄e pascali all'a all'a. Postcōio

Percipientes dñe munera salutis eterne te supplices exoramus: vt tēplū hoc vel cimiteriū a barbaror' vel iniquor' inquinamētis emūdatū: tua benedictione maneat sāctificatū: et pectora nr̄a ab omni sorde vicior' aliena tibi semper assistāt deuota. Per dñm.

¶ Sequūtur informatiōes ꝛ cautele obseruande presbytero volenti diuina celebrare.

Prima cautela ē vt sacerdos missam celebraturus cōsciētiam suā p purā ꝯfessionē optime preparet/sacramētū vehemēter desideret/et cōfiteri intendat. Notulam de modo agēdi officiū memo

riter et bene sciat. Gestus valde cõpositos ac deuotos habeat Cũ eni quilibet teneatur deũ diligere ex toto corde ex tota aĩa/et ex totis viribus suis. Hic deũ diligere non probatur/qui in mẽsa altaris vbi rex regũ et dñs oĩm tractatur et sumitur: irreligiosus/indeuotus/impudicus distractus/vagus aut desidiosus apparuerit. Attẽdat igitur vnusquisq; qp ad mẽsam magnam sedeat. Cogitet qualiter eũ preparari oporteat. Sit cautus et circũspectus. Stet erectus non iacens in altari. Cubitos iũgat lateribus. Manus exaltet: vt extremitates digitorum modicũ sup humeros videantur. Intellectũ signis et verbis coaptet: qm̃ magna latẽt in signis/maiora in verbis/maxima in intẽtione. Tres digitos iungat qbus signa faciat/reliquos duos in manu cõponat. Signa faciat directe nõ oblique/altesatis ne calicem euertat. Nõ circulos p crucibus. Cũ vero inclinãdũ erit nõ oblique sed directe ante altare toto curuatus corpe se inclinet.

Scd̃a est vt nõ putet: sed certo sciat se debitas materias habere: hoc est panẽ triticeũ et vinũ cum aqua modica. de vino et aqua sic poterit certificari. Exigat a ministro vt gustet tam vinũ q̃ aquã. Ipse autem presbyter gustare non debet. Guttam fundat in manũ/digito terat et odoret: sic erit certior. Nõ credat ampule signate non colori: qm̃ sepius fallũt. Uideat calicẽ ne sit fractus. Consideret vinũ/si est acetosum nullo modo celebret. si est acetosum dissimulet Si nimis aquosum abstineat nisi sciat vinũ aque preualere. Et in omni casu si contingat dubitari/vel pp̃ter acedinem vel propter mixturam vel inlimpiditatẽ vtrũ possit confici: consulimus abstinere: quia in hoc sacramẽto nihil sub dubio est agẽdum vbi certissime est dicendum. Hoc/est/enim/corpus/meum. et Hic/est/eni/calix/sanguinis/mei. Item oblatas conueniẽtes eligat/ et vinũ cõpetenter infundat: quia hoc sacramentũ debet sensibus deseruire ad videndum tangendũ et gustãdum: vt sensus reficiatur ex specie/et intellectus ex re contenta foueatur. Aqua etiam in paruissima quãtitate infundatur: vt a vino absorbeatur: et sapore vini recipiat. nõ est enim periculũ quantũcũq; modicũ apponatur de aqua: est autem periculum si multum. Apponitur etiam aqua solum ad significandũ. Sed vna gutta tantũ significat quãtum mille. Ideo caueat sacerdos ne cum impetu infundat ne nimis cadat.

Tertia est vt canonẽ morosius legat q̃ cetera. Et precipue ab illo loco. Qui pridie q̃ pateretur accepit Tunc enim respirãs attendere debet et se totũ colligere si prius non potuit singulis verbis intendens. Et dũ dixerit accipite et mãducate ex hoc oẽs: respiret et vno spũ tractim dicat. Hoc est eni corpus meũ sic non immiscet se alia cogitatio. Non eni videtur esse rationabile discontinuare formã tam breuẽ tam arduã tam efficacẽ cuius tota virtus depẽdet ab vltimo verbo scili

cet meũ. qđ in psona christi dicit. Unde nõ debet cuilibet verbo pũctus imponi. Cũ id nulla ratione valeat vt dicat. Hoc. est. enim. corpus. meũ. Sed totũ simul pferat. Pari modo hoc idẽ in forma cõsecrationis sanguinis obseruetur.

Item pferendo verba cõsecrationis circa quãlibet materiam sacerdos semp intẽdat cõficere id quod xp̃s instituit/et ecclesia facit.

Quarta est vt si plures hostias habet consecrare: debet harũ vnã eleuare quã sibi deputauerat a principio ad missam/ et teneat illam penes alias: ita q̃ visum et intẽtionẽ ad omnes simul dirigat. Et signãdo et dicẽdo. Hoc est enĩ corpus meum oẽs cogitet quas demonstrat.

Cõsulimus quoq̃ vt canonẽ presbyter memoriter sciat: q̃a deuotius dicit: semp tamen liber habeat vt ad ipsum memoriter recurrat.

Quinta est vt dum sumat nunq̃ vno haustu calicẽ sumat: ne pter impetũ tussis inopinate occurrat/ sed bis vel ter caute sumat: vt impedimentũ nõ habeat. Si vero plures hostias debet sumere: vt quando hostia est renouãda. primo sumat eã quã cõfecit et sãguinẽ. Post hec alias que supsũt. suã prius sumat q̃ alias: quia de suis credit et scit: de aliis credit et nescit. Demũ desuper ablutiones et non prius.

Sexta est vt paucorum noĩb9 se astrigat i canone/nec ppetuo/sed q̃diu velit faciat qñ velit omittat: quia canon de multitudine noĩm plixatur/et p hoc cogitatio distrahitur. Dignũ tñ est vt pater/mater/frater/soror. ibi noĩent. Et si qui pro tpe cõmẽdant/ et specialiter p quibus missa celebratur. Nõ tñ ibi fiat vocalis expressio sed mentalis.

Septima est vt ante missã nõ os vel dentes lauet/sed tantũ labia exterius ore clauso si indiget: ne forte aque gustũ cum saliua imittat. Post missã etiã caueat execrationes q̃tũ potest: donec comederit et biberit: ne forte aliquid inter dentes remãserit/aut in faucibus: qđ execrãdo eiiceret. Quãuis autem missa deuotissime sit celebrãda cõtemplationis causa: est tñ modus habẽdus ne protractiõe nimia vel acceleratione fiat homo notabilis Nam acceleratio signũ est incurie Protractio est occasio detractiõis Sed medio tutissim9 ibit. Eo autẽ affectu est quelibet missa habenda et dicenda a quocũq̃ sacerdote quasi prima dicatur/et nunq̃ amplius sit dicenda. tam magnũ enĩ donum semper debet esse nouum.

Habeat itaq̃ sacerdos diligentiã ad cõficiẽdũ. Reuerẽtiã ad tangẽdum. Et deuotionẽ ad sumendũ. Sic sentiẽdo et agẽdo digne tractabit sacramẽtũ/rite peraget officiũ atq̃ pericula et scãdala euitabunt.

Itẽ in collectis dicendis semp impar numerus obseruet. Una propter vnitatẽ deitatis. Tres pter trinitatẽ psonarũ. Quinq̃ pter quinq̃ partitam passionẽ christi. Septẽ pter septiformẽ gratiam spiritus sãcti. Septenariũ numerum excedere non licet.

Item quãdocunq̃ oratio dirigit solũ ad patrẽ: in fine dicat Per do

minum nostrū iesum christum filium tuum. Si vero dirigitur ad patrem et mētio fit filij in ipsa/ in fine dicatur Per eūdem dominū nostrum iesum christū. Si autem oratio dirigitur solum ad filium: in fine dicatur Qui cum deo patre et spiritu sancto. Et si mentio spiritus sancti in quacūqꝫ oratione fiat: in fine dicat͛: eiusdē spiritus sācti deus. Per oīa secula seculorum

Incipiunt cautele seruande q̄d agendum sit circa defectus vel casus qui oriri possūt in missa/ et presertim circa cōsecrationem eucharistie. Primo quid sit agēdum cū sacerdos deficit.

Si sacerdos deficiat siue moriat͛ ante canonē non est necesse vt ali⁹ missā cōpleat. Si tamē alius vult celebrare: debet ab initio missam reincipere/ et totum rite peragere.

Si autē in canone deficiat: factis iam aliquibus signis: tamen ante transsubstantiationē ꝛ cōsecrationem sacramenti: tunc alius sacerdos ab illo loco vbi ille dimisit debet reincipere/ et tantum illud supplere quod obmissum est.

Si autem sacerdos in actu consecrationis deficiat verbis aliquib⁹ iam in parte prolatis/ sed in toto non completis secūdum Innocētium: alius sacerdos debet incipere ab illo loco. Qui pridie.

Si tamen sacerdos deficiat consecrato corpore sed nō sanguine alius sacerdos compleat consecrationem sanguinis: incipiēs ab illo loco Simili modo. Si ꝯsecrato corpore percipiat vinū non esse in calice: debet hostia munde reponi in corporali. ꝛ calice rite preparato īcipiat ab illo loco Simili modo.

Si ante consecrationē sanguinis percipiat aquam nō esse in calice: debet statim apponere et cōficere.

Si autē post cōsecrationē sanguinis ꝑcipiat ꝙ aqua desit in calice: debet nichilominus procedere/ nec debet miscere aquam cum sanguine: quia ꝑ parte sequeretur corruptio sacramēti: debet tamen sacerdos dolere et puniri.

Si post consecrationē sanguinis percipiat ꝙ vinum non fuerit positum/ sed aqua tantum in calice: siquidē hoc percipit ante sumptionem corporis/ debet aquam deponere et imponere vinū cum aqua/ et resumere consecrationē sanguinis ab illo loco Simili modo.

Si percipiat hoc post sumptionē corporis: debet apponere de nouo aliam hostiam iterū cum sanguine consecrandū/ secundū doctores in sacra pagina: debet autem resumere verba consecrationis ab illo loco Qui pridie. in fine autem iterum debet sumere hostiam illam vltimo consecratam. non obstante si prius sumpsit aquam ꝛ etiam illum sanguinem. Innocētius tamen dicit ꝙ si ex prolongatione sacerdos timet scandalum ꝙ sufficiunt tantum illa verba per que consecrat͛ sanguis scilicet Simili modo: et sic sumere sanguinem.

Quid aūt faciet cū aquā sumpto corpe iam habet in ore: ꝛ iā primo sentit ꝙ sit aqua: vtrū debeat eam deglutire vel emittere. Require in

sūma hostiēsis in titu. de cele. misse. Tutius tñ est eam deglutire q̄ emittere. et hoc ideo ne aliqua particula corporis cum aqua exeat.

Itē si sacerdos post cōsecrationē recordetur se nō esse ieiunū/vel cōmisisse aliquod peccatū vel esse excōmunicatū: debet nichilominus procedere cū proposito satisfaciendi et absolutionem impetrandi.

Si autē ante ꝯsecrationē recordet predictorū: tuti⁹ est missā inceptā deserere/ꝛ absolutionē petere: nisi inde graue scandalum oriatur.

Item si musca vel aranea vel aliquid talium ante consecrationem in calicem ceciderit: vel etiam venenū immissum fore deprehenderit: vinū debet effundi quod est in calice/ et abluto calice aliud vinū cum aqua poni ad consecrandum Sed si aliquod horum post consecrationem acciderit: debet musca vel aranea vel aliquid talium caute capi/ et diligenter inter digitos pluries lauari/ et vermis comburi et ablutio cum cineribus combustis i sacrario reponi. Venenū autē nullo modo debet sumi: sed cū reliquijs debet sāguis talis cui venenum est immissum in vasculo mundo reseruari. Et ne sacramentum maneat imperfectū/debet calicē denuo rite preparare ꝛ resumere ꝯsecrationē sanguinis ab illo loco Simili modo. Et nota q̄ scd̄m doctores nihil abominabile sumi debet occasione huius sacramēti.

Item si sacerdos non recolit se dixisse aliquod horum que debuit dicere: non debet mente turbari. nō enim qui multa dicit semper recolit que dixit. Etiam si sibi pro certo constat q̄ aliqua omiserit: si talia non sunt de necessitate sacramēti sicut sunt secrete vel aliqua verba canonis: vltra procedat nec aliquid resumat. Si tamen probabiliter sibi cōstat q̄ obmisit aliquid/ quod sit de necessitate sacramenti sicut forma verborum per quā cōsecratur/omnia verba consecrationis sup suā materiā resumere debet: quia consecratio facta non esset. quod tamen non oportet si pretermissa esset. Coniunctio enī vel alia verba q̄ precedūt vel sequunt formā nō sunt de ipsi⁹ substātia.

Si autē sacerdos dubitaret an aliquod verbū pertinens ad substantiam forme obmisisset vel nō: nullatenus debet seruare formā cōditionalem: sed sine temeraria assertione formā totā sup suam ꝓpriā materiā debet resumere cū hac intētione q̄ si consecratio esset facta: nullo modo voluisset consecrasse. sed si cōsecratio non esset facta/ vellet corpus et sanguinē consecrare.

Item si quis tempore cōsecrationis ab actuali intētione et deuotione distractus fuerit/ nichilominus cōsecrat: dūmodo intētio habitualis in eo remanserit: sūmo sacerdote sc3 xp̄o supplente eius defectum

Si autē per nimiā distractionem habitualis intētio cū actuali tolleretur: videt q̄ deberet verba consecrationis cum actuali intētione resumere/ sic tamen q̄ nollet cōsecrare si consecratio facta esset.

Item si hostia cōsecrata propter

frigus vel alia de causa labitur sa-
cerdoti in calicem/ siue ante diui-
sionem hostie siue post: non debet
eam de sanguine extrahere/nec ali
quid propter hoc reiterare vel im-
mutare circa celebrationem sacra-
menti: sed procedat in signis et in
alijs acsi haberet eam in manibus

Si eucharistia ad terrā ceciderit:
locus vbi iacuit radat et incineret
p ignē & cinis iuxta altare recōdat

Itē si p negligētiā aliquid de san
guie stillauerit sup tabulā que ter
re adheret stilla: p sacerdotē cū lin
gua lābat/et locus tabule radat et
rasura igni cōburat: et cinis iuxta
altare cū reliquijs recōdat/et q̄dra
gita dieb⁹ peniteat cui hoc accidit

Si vo sup altare stillauerit calix:
sorbeat stilla & trib⁹ dieb⁹ peniteat

Si vero super lintheū et ad aliud
stilla peruenerit: q̄tuor dieb⁹ peni
teat. Si vsq ad tertiū/nouē dieb⁹
peniteat. Si vsq ad quartū stilla
sanguinis puenerit: viginti dieb⁹
peniteat/et lintheamina que stilla
tetigerit: tribus vicib⁹ lauet sacer
dos vel diaconus calice supposito/
et ablutio cū reliquijs recondatur

Item si quis aliquo casu gule eu-
charistiā euomuerit: vomitus ille
debet incinerari/et cineres iuxta al
tare debēt recondi. Et si fuerit cle-
ricus/monachus/p̄sbyter vel dia-
conus xl. diebus peniteat. ep̄s lxx.
laicus. xxx. Si vero ex infirmitate
euomuerit. quiq diebus peniteat

Qui vero nō bene custodit sacra-
mentū: ita q mus vel aliud aīal co
mederit xl. diebus peniteat.

Qui autē pdiderit illud/vel pars
eius ceciderit & non fuerit inuenta
xxx. diebus peniteat. Eadē penitē
tia videt dignus sacerdos per cui⁹
negligentiā putrescūt hostie cōse-
crate. Dictis autē diebus penitēs
debet ieiunare & a communione &
a celebratione abstinere. Pensatis
tamen circūstantijs delicti et p̄so-
ne: potest minui vel augeri penitē
tia predicta scd̄m arbitriū discreti
cōfessoris. Hoc tamen tenendū est
q vbicūq inueniunt species sacra
menti integre: reuerēter sumende
sunt: qd̄ si sine periculo fieri nō po
test: sunt tñ p reliquijs reseruāde.

Item si hostia vel pars hostie in-
uenta fuerit sub palla vel corpora
li/et dubitatur si est consecrata vel
non: debet eam post sumptionem
sanguinis reuerēter sumere. vt in
titu. de cele. mis. plenius inuenies

Item circa materiam sanguinis
vide ne sit agresta vel vinū ita de-
bile q nullo modo habeat speciē
vini. Ne sit aqua rubea expssa de
pāno intincto in vino rubeo. Ne
sit acetū vel vinū oīno corruptū.
ne sit claretū vel vinum de moris
aut malogranatis confectū: quia
verā speciem vini non retinent.

Conficiens cū vino qd̄ est in via
corruptionis vel ad corruptionē:
grauissime peccat (licet conficiat)
quoniam nō retinet speciem vini.

Item cauendū est ne apponatur
nisi modicum de aqua: quia si tā-
tum poneretur q speciem vini tol
leret: non conficeretur.

Item si qua hic desunt: requiran
tur in summa et lectura hostieñ. i
titu. de cele. missarum.

Oro diceda a sacerdote an̄ missā.

Deus q̄ de indignis dignos facis ⁊ de pctōrib⁹ iustos et sctōs et de imūdis mūdos / mūda cor ⁊ corpus meū ab oi ɔtagione ⁊ sorde pcti / et fac me dignū atq̄ strenuū sctis altarib⁹ tuis ministrū. ⁊ cōcede ppicius: vt in hoc altari ad qd̄ indign⁹ accedo / hostias acceptabiles atq̄ placabiles offerā pietati tue p pctis et offensis meis et innumeris quotidianisq̄ excessib⁹ meis atq̄ cūctoꝝ simul xp̄ianorū culpis abluendis / et p eū sit tibi votū meū acceptabile q̄ se tibi deo patri p nobis obtulit sacrificiū. Qui tecum viuit et reg. Orationes dicēde a sacerdote ante missam.

Domine nō sum dignus vt intres sub tectū meū / sed cōfis⁹ de tua pietate ad altare tuū accedo: infirmus ad medicū vite / cecus ad lumen claritatis eterne / egenus ad dn̄m celi et terre / nudus ad regē glorie / ouis ad pastorē / figmētū ad suū creatorē / desolat⁹ ad piū ɔsolatorē / miser ad misericordem / crimiosus ad venie largitorē / ipi⁹ ad iustificatorē / induratus ad grē infusorē / rogās imēse mie tue abūdātiā: q̄ten⁹ meā digneris sanare infirmitatē / lauare feditatem / illuminare cecitatē / ditare paupertatē vestire nuditatē / reducere erraneū cōsolari desolatū / recōsiliare reū / pctōri dare veniā / misero indulgētiā / criminoso vitā mortuo iustificationē: vt te panē angeloꝝ regē regū ⁊ dn̄m dominantiū recipere merear ea corporis castitate animi puritate ea cordis contritione et lachrymarū fonte ea leticia sp̄uali ⁊ celesti gaudio / eo timore et tremore / ea reuerētia et honore / ea fide et humilitate / eo pposito ⁊ amore / ea deuotiōe et grāꝝ actione q̄b⁹ oportet et decet: ita vt psit michi ad vitā eternā ⁊ sit michi in remissionē oīm pctōꝝ meoꝝ. Amē. Alia orō

Obsecro te piissime dn̄e iesu christe vt per merita beatissime virginis marie matris tue ⁊ omniū sanctorū et sanctarū tuarū doceas me et permittas cū tanta cordis puritate mētisq̄ mundicia cū tanta deuotione et reuerētia ad tā mirabile sacramētū corporis et sāguinis tui accedere quāta decet et expedit anime mee / sētiat benignignissime dn̄e iesu xp̄e cor meū dulcedinē beate presētie tue sit totius mei languoris spiritalis purgatio sit scelorū meorū absolutio / sit michi contra infinita huius mūdi pericula ptectio. gustet nūc aīa mea q̄ suauis es dn̄e: vt te gustato oīs ab ea carnalis voluptas discedat. o panis delectabilis o refectio vitalis. o esca desiderabilis / o epulū p dulce oīa reficiēs ⁊ nunq̄ deficiēs. angeli et sp̄us iustorū pleno ore te sumunt. placeat tibi dn̄e vt nūc te sumat fideliter aīa mea peccatrix in sua peregrinatiōe: vt a te virtutem recipiēs iter suū per te vsq̄ ad te pficiat sine impedimento sathane / mortifica in mēbris meis et in corde meo oēs stimulos carnis et oēs libidinosas cōmotiones: vt tu rex virginū ⁊ amator castitatis in meo tabernaculo quietā habeas māsionē / tu dn̄e nosti quot et quā

tis fluctibus lesa est aïa mea/sed tu dñe qui es sũmus medicus veni et sana eã: cui est tradita oĩs potestas et imperiũ per infinita scłoꝝ secula. Amen. Orõ post missam.

Omnipotẽs sempiterne deus cõseruatoꝝ aiaꝝ mũdiqꝫ redẽptoꝝ me famulũ tuũ ante maiestatẽ tuam ꝓstratũ benignissime respice/ et hoc sacrificiũ qđ in honoꝛe nois tui pꝛo salute fideliũ tam viuoꝝ q̃ moꝛtuoꝝ ac etiã ꝓ pctis ⁊ offensionib⁹ nostris obtuli/piissime respice/irã tuam amoue a me/gratiã ⁊ manũ tuã michi cõcede. ianuã paradisi michi pande/ab oib⁹ malis me potẽter eripe. ⁊ quicqđ reatu ꝓ pꝛio cõmisi indulge: sic in hoc seculo pꝛeceptis tuis me fac perseuerare: vt dignus efficiar electoꝝ gregi copulari te pꝛestãte de⁹ meus cui⁹ nomen bñdictũ honoꝛ atqꝫ regnũ permanet in secula seculoꝝ.

¶ Ad missã dicendã dũ sacerđ induit se sacris vestib⁹/dicat hymnũ

Veni creatoꝛ spiritus mẽtes tuoꝛũ visita imple superna grã q̃ tu creasti pectoꝛa. Qui paraclitus diceris donũ dei altissimi fons viu⁹ ignis caritas ⁊ spiritalis vnctio. Tu septifoꝛmis munere dextre dei tu digit⁹ tu rite ꝓmisso patris sermõe ditãs guttura. Accẽde lumen sensib⁹ infunde amoꝛẽ coꝛdib⁹ infirma nostri coꝛpis virtute firmãs ꝑpetim. Hostẽ repellas lõgius paceqꝫ dones ꝓtinus ductoꝛe sic te pꝛeuio vitemus oĩe noxiũ. Per te sciam⁹ da patrẽ noscamus atqꝫ filiũ te vtriusqꝫ spm̃ credam⁹ oi tpe. Sit laus pr̃i cũ filio sãcto simul paraclito nobisqꝫ mittat filius carisma scti spũs. Amen

℣. Emitte spiritũ tuum et creabunť. ℟. Et renouabis faciẽ terre. Oratio.

Deus cui oĩe coꝛ patet ⁊ oĩs voluntas loquiť ⁊ quẽ nullũ latet secretũ: purifica ꝑ infusionẽ scti spũs cogitatiões coꝛdis nr̃i vt te ꝑfecte diligere: ⁊ digne laudare mereamur ꝑ xpm. Deinde seq̃tur an. Introibo ad altare dei. ps. Judica me de⁹ ⁊ discerne. totus ps̃ đꝛ cũ Gl̃ia pr̃i. Deinde đꝛ an. Introibo ad altare dei ad deũ qui letificat iuuentutẽ meã. Kyrieľ. Xp̃eľ. Kyrieľ. Pater noster. Aue maria. His finitis et officio misse inchoato cũ post officiũ Gl̃ia patri incipiť: accedat sacerdos cũ suis ministris ad gradũ altaris ⁊ dicat ipse cõfessionẽ: diacono assistẽte a dextris: ⁊ subdiacono a sinistris hoc modo incipiẽdo Et ne nos. Sed libera nos a malo. Confitemini dño qm̃ bonus Qm̃ in seculũ mia eius. Confiteoꝛ deo beate marie oib⁹ sctis et vobis: quia peccaui nimis cogitatione locutiõe et ope mea culpa: p̃coꝛ sanctã mariã oẽs sctõs dei et vos oꝛate pꝛo me. Ministri respõdeãt Misereatur vestri oĩpotẽs deus ⁊ dimittat vobis oĩa peccata vestra liberet vos ab oĩ malo: cõseruet et cõfirmet in bono et ad vitã perducat eternam. Sacerdos. Amen. et postea dicat. Confiteoꝛ. quo dicto dicat sacerdos Misereať vr̃i. deinde dicat sacerdos Absolutionem et remissionẽ oĩm peccatoꝝ vestrorum: spaciũ vere penitẽtie et emẽdationẽ vite gratiã et cõsolationẽ

sancti spũs tribuat vobis oĩpotẽs et misericors dñs. Ministri respõdeant Amen. ¶ Et sciendũ est q quicũq sacerdos officiũ exequat: semp eps si presẽs fuerit ad gradũ altaris dicat. Confiteor. Misereatur. et Absolutionẽ. Deinde dicat sacerdos ℣ Adiutoriũ nostrũ. Qui fecit. Sit nomen. Ex hoc. Orem⁹. Deinde finitis pcibus sacerdos deosculetur diaconũ et postea subdiaconũ: ita dicẽs Habete osculũ pacis et dilectionis vt apti sitis sacrosãcto altari ad pficiẽdũ officia diuina. Et hoc semper obseruet p totũ annũ: nisi tm̃ in missis pro defunctis et in tribus proximis ferijs ante pasca. His itaq peractis ceroferarij cãdelabra cũ cereis ad gradũ altaris dimittant: deinde accedat sacerdos ad altare et dicat i medio altaris tacita voce inclinatoq corpore & iũctis manib⁹ Orẽ⁹ Orõ.

Aufer a nobis q̃s dñe cũctas iniquitates nr̃as: vt ad sancta sanctor puris mereamur mẽtibus introire. Per xp̃m dñm nr̃m. Tũc se rigat sacerdos et osculetur altare et hoc in medio: et signet se in facie sua ita dicens. In noie patris et filij et spũs scti. Amen. Deinde ponat diacon⁹ thus in thuribulũ et dicat prius sacerdoti. Benedicite. et sacerd̃ dicat. Dñs Ab ipso benedicat hoc incẽsũ: in cui⁹ honore cremabit. In noie patris &c. Tũc diacon⁹ ei thuribulũ tradẽs deosculet manũ ei⁹: et ipse sacerd̃ thurificet medium altaris et vtrũq cornu altaris: p̃mo i dextera/ scd̃o i sinistra parte/ et interim in medio: deinde ab ipso diacono ipse sacerd̃ thurificet: et postea textũ ministerio subdiaconi sacerd̃ deosculet. His itaq gestis i dextro cornu altaris cũ diacono & subdiacono: officiũ misse vsq ad orationẽ psequat: vel vsq ad Glia in excelsis. qñ d̃r. Et post officiũ & psalmũ repetat officiũ: et postea dicit Glia patri et Sicut erat. tertio repetat officiũ. Et hoc p totũ annũ obseruet tã in dñicis q̃ in festis sãctor: & in oct. & infra qñ chorus regit: et in oĩb⁹ missis de sctã maria p totũ annũ obseruet: nisi i dñica passionis dñi: et ab hinc vsq ad cenã dñi ad missã scz de tẽporali tm̃ tũc eni statim post psalmũ qui d̃r post officiũ reincipiat officiũ sine Gloria patri. post repetitionẽ officij principalis rector chori officiũ misse a cãtore querere debet: deinde illud socio suo intimare: et postea simul incipere. Et similiter incipere kyrie. Sequẽtia Offer Sãctus Agn⁹ et Cõio q̃rant intimẽt et incipiãtur. His finitis et officio misse ichoato cũ post officiũ Gloria patri incipit: tunc accedãt ministri ad altare ordinatim: p̃mo ceroferarij/ duo pariter incedẽtes: deinde thuribularij. post subdiaconus: exinde diacon⁹ post eũ sacerd̃ diacono et subdiacono casulis indutis scz quotidie p aduẽtũ et a septuagesima vsq ad cenã dñi/ qñ de tẽporali d̃r missa: nisi in vigilijs & q̃ttuor tẽporib⁹: manus tm̃ ad modũ sacerdotis non habẽtibus: ceteris vero ministris scilicet ceroferar. thuribulario et accolito in al-

bis cũ amictib⁹ existẽtib⁹ In aliis
vero tẽporib⁹ anni qñ de tpali dr
missa et in festis sctõꝝ totius anni
vtant diacon⁹ et subdiaconus dal
maticis et tunicis: nisi i vigiliis et
qttuor tẽporib⁹: ꝛ nisi i vigilia pa
sce et pẽthecostes ꝛ natiui. dñi si in
dñica cõtigerit: et excepto ieiunio
qttuor tẽpoꝝ qd celebrat in ebdo.
pẽthe. tũc dalmaticis et tunicis in
dui debẽt. In die parasceues et in
rogatiõib⁹ ad missã ieiunii et pro
ces. et in missis dñicalibus et sctõꝝ
que in caplo dicunt: tũc eni albis
cũ amictib⁹ vtant: ita tñ ꝙ in tpe
pascali de qcũqꝫ dr missa: nisi i in-
uẽtione sctẽ crucis vtant ministri
altaris vestimẽtis albis ad missã.
Sic fiat in festo annũcia. btẽ ma
rie ꝛ in ꝯcep. eiusdẽ: et in vtroqꝫ fe
sto scti michaelis: et in festo scti io
hãnis apli in ebda nati. dñi: ꝛ per
oct. ꝛ in oct. assũp. ꝛ nati. btẽ ma-
rie et in cõmẽoratiõib⁹ eiusdẽ ꝑ to
tũ annũ: et ꝑ octa. et in oct. dedica
tionis eccl'ie. Rubeis vo vtant ve
stimẽtis oib⁹ dñicis ꝑ annũ extra
tẽpus pasce qñ de dñica agit: et in
iiii. feria in capite ieiunii: ꝛ i cena
dñi et in vtroqꝫ festo sctẽ crucis in
quolibet festo martyrũ/ aploꝝ/ et
euãgelistaꝝ extra tps pasce. In oi
bus aũt festis vni⁹ cõfes. vel pluri
moꝝ ꝯfessoꝝ: vtãtur vestimentis
crocei colorꝭ. Quo facto: sacerdos
et sui ministri in sedib⁹ paratis se
recipiant: ꝛ expectãt vsqꝫ ad **Glia
in excel.** qd incipiat semp i medio
altaris qñcunqꝫ dr. Oib⁹ dñicis ꝑ
annũ qñ **Glia in excelsis** dr: dicit
vnũ istoꝝ ꝑ dispositione cãtoris.



Gloria in excelsis deo.



Glori a in excelsis deo.



Gloria in excelsis deo.

¶ In omnibus maioribus dupli
cibus dicatur vnum istorum pro
dispositione cantoris.



Gloria in excelsis deo.



Gloria in excelsis deo.

¶ In omnibus aliis duplicibus
dicitur vnum istorum pro dispo-
sitione cantoris.




Gloria in excelsis deo.




Gloria in excelsis deo.

¶ In vtroqꝫ festo sancti michae-
lis ꝛ in festo sancti dũstani dicitur
hic cantus.



Gloria in excelsis deo.

¶ In oībus festis et in octa. qñ in uitat. a tribus cantat̄ dicit̄ vnum istorū pro dispositione cantoris.



Glo ria in excelsis deo.




Gloria in excelsis deo.

¶ In oībus alijs festis simplicib⁹ tam iij. q̄ ix. lectionum in quibus chorus regitur: dicatur vnum isto rum cantuum.



Glo ria in excelsis deo.




Gloria in excelsis deo.

¶ In oībus festis iij. lec. et in oct. quando chorus non regitur: dicitur vnum istorum.




Gloria in excelsis deo.



Glo ria in excelsis deo.

¶ In cōmēoratione beate marie dicit̄ hic cant⁹ per totū annū / quā do dicitur Gloria in excelsis.



Gloria in excelsis deo.

Nisi quādo vltimo fit seruitium de sancta maria ante aduentū dñi et ante lxx. et in octa assumptionis et nati. beate marie: tunc enī dicit̄ sequens cantus tam a choro q̄ a sacerdote et eius ministris ad altare cū sua farsura: videlz in choro: et etiā d̄z cū sua psa in q̄tidia. missis in capella beate marie oī sabbato.



Gloria in excelsis deo.

Et in terra pax hoībus bone volūtatis. Laudamus te. Benedicim⁹ te. Adoramus te. Glorificamus te Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Dñe deus rex celestis deus pater omnipotēs. Domine fili vnigenite iesu christe Spiritus et alme orphanorum paraclyte. Domine deus agnus dei filius pr̄is. Primogenitus marie v̄ginis matris. Qui tollis pctā mūdi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecationē nostram. Ad marie gloriā. Qui sedes ad dexterā patris: miserere nobis. Quoniā tu solus sāctus. Mariam sanctificans. Tu solus dñs: Mariam gubernans. Tu solus altissimus. Mariā coronans. Jesu christe cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen. In omnib⁹ alijs missis quando dicendum est: dicitur sine prosa. Post iceptionē Gloria in excelsis. diuertat se sacerdos ad dextrum cornu altaris: et ministri cum eo prosequētes: diaconus a dextris / et subdiaconus a sinistris: submissa voce dicant idē


In dupl. fe. principal rector chori **Gloria in excel.** qū debet dici queret a cātore: et sacerdoti iniungat. ¶ Notandū est q oēs clerici stare tenent ad missam: nisi dum lectio epistole legitur et grad. et **Alleluia** vel Trac. cātat. In duplicib tū festis stare tenent oēs/ dū a choro **Alleluia** canit. Pueri vo semp sit stātes ad missā choro canente. Rectores vero chori cū duo tm̄ habent: sequant per oīa regulā clericor de scd'a forma ad vespas/ matutinas/ et ad mis. nisi q semp dū cho. cāit **Alleluia** stare tenent: et in iceptiōibus cātuū ad missā ad altare se cōuertāt. In dupl. fest. oēs rectores chori imitent oīa vts. ¶ Et notādū est q oēs clerici conuersi ad altare stare tenent dum ad missam **Glia in excel.** ichoat: quūsq cho. cātet. Et in eodē hymno ad hec vba **Adoram te.** et ad hec vba. **Suscipe depcationē nostrā.** et i fine eiusdē cū dr **Jesu christe cū sctō spiritu in gloria dei.** vsq ad epl'am vel lec. Dictoq gr. **All'a** vel sequētia vel tr. a sacerd. puati cū suis ministris: accipiat subdiaco. panē et vinū et aquā cū calice et ea pparet ad eucharistie ministrationē bñdictione pus aq a sacerd. petita hoc mō **Bñdicite.** sic rñdeat sacerd. **Dñs Ab eo sit bñdicta de cui latere exiuit sāguis et aqua. In noie patris** etc. Sacerdos vo interim sedeat in sede sua. In fine vo gr. vel tr. vel **all'a** vel sequētie: chorus ad altare se inclinet anteq ad lectorē euāgelij se vertat: et ad **Gloria tibi dñe.** semp ad altare se vertat lector euāgelij: et etiam oēs clerici signo crucis se signent: quod ter ad missam publice obseruatur: scz ad **Gloria in excelsis.** quādo dr **In gloria dei patris. Amen.** et ad **Glia tibi dñe** et post **Sāctus** cū dr **Bñdictus q venit.** et ad inceptionē **Credo in vnū.** quūsq chorus cātet: et iter ad altare ter iclinet: scz dū dr hec clausula. **Et incarnatus est de spū sctō ex maria virgine.** scdo **et homo factus est.** tertio **Crucifixus etiā pro nobis sub pontio pilato.** et in fine cū dr **Et vitā vēturi seculi Amen.** Abhinc quūsq etiā inchoet offr. et post offr. quūsq cpleat totū officiū misse: hūc gestū chorus imitet oī festo per annū. Per totū autē aduentū non dicit **Gloria in excelsis** de quocūq dr missa: nec a septuagesima vsq ad vigi. pasce. His itaq peractis: factoq signaclo crucis in facie sua: vertat se sacerd. ad populū: eleuatisq aliquātulū brachiis iūctisq manibus dicat hoc mō.




Dominus vobiscum.

Et chor respōdeat. **Et cū spū tuo** sub eodē tono: et iter reuertat se sacerdos ad altare/ et dicat hoc modo

Quotienscūq dicit **Dominus vobiscum** ad missā: sēp sub eodē tono dicet similiter et **Oremus:** nisi in prefationibus et nisi in missa sponsaliū cū fiat benedictio super sponsū et sponsā ante **Pax domini.** tunc eni dicitur sic: et in consimilibus ita determinando.



Dñs vobiscum. Oremus.
Deide dr oratio sic determinādo.



Per oia secula seculorum. Amē
Et si aliq̄ mēoria habēda est: iterū dicat sacerdos Oremus vtš. Et qñ sunt plures collecte dicēde: tūc oēs orōes que sequūt sub vno Per dñm et vno Orem⁹ dicunt: ita tū q̄ septennariū numerū excedere non debēt scdm vsū eccl'ie sarū. Et semp dū stat sacerd. ad officium misse/ post eū stet diacon⁹ directe in primo gradu: et subdiaco. sili modo directe i scdo gradu post diaconū: ita q̄ q̄tiens sacerdos ad populū se conuertit: diaconus similiter se cōuertat. Subdiaconus vero iterim genuflectēdo de capsula sacerdoti aptāda subministret. Et si eps celebrauerit: oēs diaconi i gradu diaconorū consistāt: pncipali diacono mediū locū inter eos obtinēte. Simili modo in gradu subdiaconorū se habeāt ceteris oibus diacōis et subdiaconis/ gestū pncipal' diaconi et pncipalis subdia. imitantibus: excepto q̄ pncipal' subdiaco. sacerdoti ad pplm ɜuertenti solus subministret. ¶ Sciendū est āt q̄ q̄cq̄d a sacerdote dr ante eplam in dextro cornu altaris expleatur preter inceptionem Gloria in excelsis silr fiat post pceptionē sacramēti Cetera oia i medio altar' expleāt: nisi forte diaconus defuerit. Tūc eni in sinistro cornu altaris legat euāgeliū. Post introitū vo misse: vnus ceroferarior pane vinum et aquā que ad eucharistie ministrationē disponunt/ deferat. reliquus vero peluim cū aq̄ et manutergio portet chorū licet ingredi vsq̄ ad completorium prime collecte: cetera vsq̄ ad Credo: dicunt vtš in prima dñica aduentus dñi.



Credo in vnum deum.
Patrē oipotentē factorē celi et terre: visibiliū omniū et inuisibiliū. Et in vnū dñm iesū christuz filiū dei vnigenitū. Et ex patre natum ante oia secula. Deū de deo lumen de lumine: deū verū de deo vero. Genitū nō factū cōsubstātialē patri: p quē oia facta sūt. Qui pp̄ter nos hoies et pp̄ter nostrā salutem descēdit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria vgine: et homo fact⁹ est. Crucifixus etiā pro nobis sub pōtio pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundū scripturas. Et ascēdit in celū sedet ad dexterā patris. Et iterū vēturus est cū gloria iudicare viuos et mortuos cuius regni nō erit finis. Et in spiritū sāctū dñm et viuificātem qui ex patre filioq̄ pcedit. Qui cū patre et filio simul adorat: et cōglorificat: qui locutus est p pphetas. Et vnā sāctā catholicā et apl'icā eccl'iaz. Cōfiteor vnū baptisma in remissionē peccatorum. Et expecto resurrectionē mortuorum. Et vitā venturi seculi Amen.

Post iceptionē **Credo in vnū deū** reuersis ministris de pulpito ad altare: diaconus librū euāgelio℞ sacerdo. porrigat deosculādū vel alias textū accipiēs de manu subdiaconi ipsū sacerdoti porrigat in dextris eius osculandū. deinde acolito ministrāte subdiacono subdiacon⁹ ipsi diacono. Postea sequat̄ **Dn̄s vobiscū** et **Oremus** Deinde dicit̄ off℞. Post offertoriū vo porrigat diaconus sacerdoti calicē cū patena et sacrificio / et osculet̄ manū eius vtraq₃ vice. Ipse vero accipiēs ab eo calicē / diligenter ponat in loco suo debito sup mediū altare. et inclinato parūper eleuet calicē vtraq₃ manu offerens sacrificiū dn̄o / dicēdo hanc orationē. Orō.

Suscipe sācta trinitas hanc oblationē quā ego idignus peccator offero in honore tuo: btē marie et oim sctō℞ tuo℞ pro peccatis et offēsiōibus meis ꝛ pro salute viuo℞ ꝛ reqe oim fideliū defūcto℞ In noie pr̄is ꝛ filij ꝛ s. s. acceptū sit oīpotēti deo hoc sacrificiū nouū.

dignatus est ab oi plaga curare: et mamil lam meā meo pectori restituere: ipsum in uoco deum viuum. Postcōio.

Celesti refectā mysterio tuere q̄s dn̄e familiā tuā: vt intercedēte beata agatha vgine tua et martyre salutis eterne remedia que te aspirāte req̄rimus: te largiente cōseq̄mur. P. ¶ Sanctor vedasti et amandi episcopor officiū

Sacerdotes eius induant salutari: et scti ei⁹ exultatiōe exultabūt. ps. Memēto dn̄e dauid: et oīs māsuetudis ei⁹. Orō

Adesto dn̄e populo tuo cū sctōr confessor tuorū atq̄ pōtificū vedasti et amādi tibi patrocinio supplicāti: vt qd ppria fiducia nō presumit: intercessorū tibi placentiū meritis consequatur Per dn̄m. Epla. Plures scti sunt. In cōi fo. xiii. Gr. Sacerdotes eius induāt salutare: et scti eius exultatiōe exultabūt. V. Illuc pducā cornu dauid: para ui lucernā christo meo. Alla. V. Fulgebunt iusti: et tanq̄ scintille in arundineto discurrēt in eternū. Euāgeliū. Sint lūbi. In cōi fo. xiii. Offr. Exultabūt scti in glia: letabunt in cubilib⁹ suis. exultatiōes dei in faucib⁹ cor. Secreta

Hostias laudis dn̄e tuis altaribus adhibemus: quas eorū tibi patrociniis cōmēdādas suppliciter exoramus: in quor veneratione pietati tue hec sacrificia offerimus. Per. Cōio. Ego vos elegi de mūdo: vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat. Postcōio.

Sumētes dn̄e diuina mysteria q̄s: vt sctōrū confessorū tuor atq̄ pōtificū vedasti et amādi precibus sanctificationē nobis iugiter operent. Per dn̄m nostrū ¶ Sctē scolastice vginis. Officiū



Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatē: propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie pre cōsortibus tuis. ps. Eructauit cor meū vbū bonū: dico ego opa mea regi.

Deus q̄ beate virgi Oratio nis tue scolastice animā ad ostēdendā innocētie viā in colūbe specie celos penetrare fecisti: da nobis q̄s eius meritis ita inocēter viuere: vt ad eadem mereamur gaudia peruenire. Per dn̄m nostrum iesum christum. Epistole. Sapientia vincit. In cōi folio xv. Gr. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatē. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluia. V. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Euangeliū. Simile est regnum celorum decē virginibus In cōi folio xvii. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Suscipe q̄s domine desideria supplicātium fidelium cum oblationibus hostiarū: vt interueniente beata scolastica virgine tua: que te sincero dilexit amore: nec fides in nobis torpeat: nec caritas tepescat. Per dominū nostrum iesum christū. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Postcōio.

Familiam tuam q̄s domine spirituali cibo satiatā: beate virginis tue scolastice meri-

tis ꝓpitius respice: vt sicut ipsius precib⁹ ad obtinēdū qd̄ ꝯcupiuit: imbrem celitus descendere fecisti: ita eius supplicatiōibus ariditatē cordis nostri supne digneris gratie roze ꝑfundere. Per. ¶ Scti valentini epi et martyris. Officiū.

IN virtute tua dn̄e letabitur iustus: et sup salutare tuum exultabit vehementer: desideriū aīe eius tribuisti ei. ps. Quoniā preuenisti eū in bn̄dictiōibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. Oratio.

PResta q̄s ops deus: vt q̄ bti valētini martyris tui natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus eius intercessione liberemur. Per do. Epl'a. Beatus vir q̄ inuentus. In cōi fo. iiii. Gr. Beatus vir qui timet dn̄m: in mādatis ei⁹ cupit nimis. ℣ Potēs in terra erit semē ei⁹: generatio rectorū benedicet. All'a. ℣. Beatus vir q̄ suffert tēptationē: quoniam cū ꝓbat⁹ fuerit accipiet coronā vite. Euā. Si q̄s vult post me ve. In cōi fo. v. Offr. In virtute tua dn̄e letabit iustus: et sup salutare tuū exultabit vehementer: desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei. Secreta.

SAcrificiū q̄s dn̄e qd̄ offerim⁹ gratum tibi beatus martyr valentinus suffragator efficiat Per. Cōio. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriā et magnū decorē impones super eū domine. Postcōio.

QVos celesti dn̄e substātia recreasti: beati valentini martyris tui meritis: a cunctis q̄s exue propitiatus aduersis. Per dn̄m. ¶ Sctē iuliane vgi. et mar. Offiū

LOquebar de testimoniis tuis in conspectu regum/ et nō confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dn̄i. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus qui īfirma mūdi eligis/ vt fortia queq̄ confundas: da nobis in festiuitate sancte martyris tue iuliane congrua deuotiōe gaudere: vt et potētiam tuam in eius passione laudemus: et prouisum nobis percipiamus auxilium. P. Epistola. Dn̄e deus meus. In cōi folio xiiii. Gr. Diffusa est gratia in labiis tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternum. ℣ Propter veritatē et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. All'a. ℣ Hec est virgo sapiens quā dn̄s vigilantē inuenit. Euangeliū. Simile est regnū celorū thesauro. In cōmuni folio xv. Offr. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis: in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

IN sancte martyris tue iuliane passione preciosa te dn̄e mirabilem predicantes / munera votiua deferimus: presta quesumus vt sicut ei⁹ tibi grata sūt merita: sic nostre seruitutis accepta reddantur officia. Per dominum nostrū. Cōio. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita: dedit omnia bona sua et comparauit eam. Postcōio.

LIbātes dn̄e mense tue beata mysteria q̄s: vt sctē iulia

ne martyris tue interuenientibus meritis & temporalē nobis misericordiā tribuas et eternā. Per do.

Cathedra scti petri Officiū.

STatuit ei domin⁹ testamētū pacis/& principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Ps. Misericordias dñi: ineternū cantabo. Oratio.

DEus q̄ btō petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis aīas ligandi atq̄ soluendi pōtificiū tradidisti: ꝯcede ꝑpitius vt intercessiōis ei⁹ auxilio/ a peccatorū nostrorū nexibus liberemur. Qui viuis et regnas cū deo patre.

Lectio epłe bti petri apostoli. j. j.

PEtrus apostol⁹ iesu christi electis aduenis dispersiōis pōthi galathie: capadocie/asye: et bithynie/scdm ꝑsciētiā dei patris in sanctificationē spirit⁹ in obedientiā et aspersionē sanguinis iesu christi/gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus & pater dñi nostri iesu christi: qui secundū magnā miam suam regenerauit nos in spem viuā/per resurrectionem iesu christi ex mortuis in hereditatē incorruptibilē et incōtaminatā et immarcessibilē cōseruatā in celis: in vobis qui in virtute dei custodimini per fidē in salutē paratā reuelari in tēpore nouissimo. In quo exultabitis modicū nunc si oportet cōtristari in varijs tribulatiōibus: vt ꝓbatio fidei vr̄e multo ꝑciosior sit auro q̄d per ignem probat̄. Inueniat̄ in laudē et gloriam et honorē in reuelationē iesu christi: dñi nostri. Gr. Exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorꝝ laudēt eū. ℣. Cōfiteant̄ dño mie eius: et mirabilia eius filijs hoim. Tractus.

TU es petrus et sup hāc petrā edificabo ecclesiā meā. ℣. Et porte inferi nō preualebūt aduersus eam: & tibi dabo claues regni celorꝝ. ℣. Q̄dcūq̄ ligaueris super terrā: erit ligatū & in celis. ℣. Et q̄dcūq̄ solueris sup terrā: erit solutū & in celis. Scdm Matheū. xvi.

IN illo tpe. Uenit iesus i partes cesaree philippi: et interrogabat discipłos suos dicēs Quē dicunt hoies esse filiū hois? At illi dixerūt. Alij iohānē baptistā: alij autē helyā: alij vero hieremiā aut vnū ex ꝓphetis. Dixit illis iesus. Uos aūt quē me esse dicit[is]? Respōdēs autē symō petrus dixit. Tu es christ⁹ filius dei viui. Respōdēs autē iesus dixit ei. Beatus es symon bariona q̄a caro et sāguis nō reuelauit tibi: sed pater meus q̄ in celis est. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: & sup hāc petrā edificabo ecclesiā meā. Et porte inferi nō ꝑualebūt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorꝝ. Et q̄dcūq̄ ligaueris sup terrā: erit ligatū et in celis. Et q̄dcūq̄ solueris sup terrā: erit solutū & i celis. Credo. Offr. Constitues eos principes super omnē terram memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

ECclesie tue q̄s dñe ꝑces & munera beati petri apostoli tui cōmēdet oratio: vt q̄d pro illi⁹ gloria celebram⁹ nobis ꝓsit ad veniā Per dñm. Prefatio. Et te domine Cōio. Tu es petrus et sup hanc petram

edificabo ecclesiã meã. Postcõio.

Letificet nos dñe q̃s mun⁹ sũptũ/ vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilẽ p̃dicamus: sic per illũ tue sumamus indulgẽtie largitatẽ. Per dñm nostrum.

Sancti mathie ap̃li. Officiũ.

Michi aũt nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est p̃ncipatus eoꝝ. ps Dñe ꝓbasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionẽ meã: et resurrectionẽ meam. Gloria. Oratio.

Deus q̃ beatũ mathiã apostoloꝝ tuorũ collegio sociasti: tribue q̃s vt eius interuẽtione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dñm nostrum.

Lectio actuum apostolorũ. j.

In diebus illis. Exurgẽs petrus in medio fratrũ dixit. Erat autẽ turba hoim simul fere centum viginti. Uiri fratres oportet impleri scripturã quã predixit spiritus sanct⁹ per os dauid de iuda: qui fuit dux eorũ: qui cõprehẽderunt iesum: qui connumeratus erat in nobis: et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidẽ possedit agrũ de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius/ ⁊ diffusa sunt oĩa viscera eius. Et notũ factũ est oĩbus habitãtibus hierusalẽ: ita vt appellaret̃ ager ille lingua eoꝝ acheldemach: hoc est ager sãguinis. Scriptũ est eñi in libro psalmoꝝ. Fiat cõmoratio eius deserta: et nõ sit qui inhabitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter Oportet ergo ex his viris q̃ nobiscũ ꝯgregati sunt in oĩ tp̃e/ quo intrauit et exiuit inter nos dñs iesus incipiẽs a baptismate iohãnis/ vsq; in diẽ qua assũpt⁹ est a nobis testem resurrectiõis eius nobiscũ fieri vnũ ex istis. Et statuerunt duos ioseph qui vocabat̃ barsabas/ qui cognominatus est iust⁹/ ⁊ mathiã Et orãtes dixerũt. Tu dñe/ qui corda nosti oĩm: ostende quẽ elegeris ex his duobus/ vnũ accipere locũ ministerij huius ⁊ apostolatus: de quo preuaricatus est iudas vt abiret in locũ suũ. Et dederunt sortes eis: et cecidit sors sup mathiã. Et annumeratus est: cũ vndecim apostolis. Grꝫ. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabuntur. Tractus.

Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorũ bñdicet̃. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi.

Secundũ Matheum. xj.

In illo tp̃e. Rñdẽs ies⁹ dixit Cõfiteor tibi pater dñe celi et terre q̃a abscõdisti hec a sapiẽtib⁹ et prudẽtib⁹: ⁊ reuelasti ea paruul̃ Ita pater qm̃ sic fuit placitũ ãte te Oĩa mihi tradita sũt a patre meo Et nemo nouit filiũ nisi pater/ neq; patrẽ q̃s nouit nisi fili⁹ et cui voluerit fili⁹ reuelare. Uenite ad me oẽs q̃ laborat̃/ ⁊ onerati estis/ ⁊ ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ sup vos: et discite a me q̃a mitis sum et humilis corde: ⁊ iuenietis requiem aĩabus vestris. Jugũ eñi meũ suaue est: ⁊ onus meũ leue. Credo

Offer. In oem terrā exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre vba eorum. Secreta.

Deus qui proditoris apostate ruinā ne apostolorum tuorum numerus sacratus pfectione careret: beati mathie electione supplesti: presentia munera sanctifica: et per ea nos gratie tue virtute cōfirma. Per dñm. Prefatio. Et te dñe

Cōio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicātes duodecim tribus israel: dicit dominus. Postcōio.

Presta qs ops et misericors deus: vt per hec sancta que sumpsimus iteruenieēte beato mathia apostolo tuo / veniā consequamur et pacē. P do. ¶ Sācti dauidis episcopi et cōfessoris Officiū.

Statuit ei dominus testamētū pacis: et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. ps. Misericordias dñi ineternum cantabo. Oratio.

Da qs oipotens deus: vt beati dauidis cōfessoris tui atqz pontificis venerāda solennitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. Per dñm. Epla. Ecce sacerdos magnus qui i dieb9. In cōi fo. x. Gr. Dñe preuenisti eū in bñdictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Uitā petijt et tribuisti ei: longitudinē dierum in seculū scli. Tract9.

Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. V. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorū bñdicet. V. Gloria et diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi.

Euāge. Hō quidā peregre. In cōi fo. xi. Offer. Ueritas mea et mia mea cū ipso: et in noie meo exaltabit cornu eius

Respice qs dñe munera ppli tui in bti dauidis cōfessoris tui atqz pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per. Secreta

Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē / amen dico vobis sup oia bona sua cōstituet eū. Postcōio.

Quos tuis dñe reficis sacramentis sancti dauidis confessoris tui atqz pōtificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redēptionis effectum: et mysterijs capiamus et moribus. Per dñm.

¶ Sci cedde epi et cōfessoris Offm

Sacerdotes dei bñdicite dñm: sancti et humiles corde laudate deū. ps. Bñdicite oia opa dñi dño: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui nos beati cedde confessoris tui atqz pontificis hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoramus clementiā: vt cuius solennia deuotis officijs veneramur: eius pijs suffragijs / vite eterne remedia cōsequamur. Per dominū nostrū. Epistola. Dilectus deo et hominibus. In cōi folio x. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in dieb9 suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Tractus Beatus vir. vt supra in officio proximo. Euangeliū. Uidete vigi. In cōi fo. xi. Offer. Inueni dauid seruū meū: et in oleo sancto vnxi eū: manus eni mea auxiliabitur ei: et brachiū meum confortabit eum. Secreta.

PRopiciare q̄s dn̄e supplicationibus nostris et intercedēte pro nobis beata cedda confessore tuo atq; pōtifice his sacramētis celestibus seruiētes: ab oī culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia: eisdem quibus famulamur mysterijs emundemur Per dn̄m. Cōio. Dn̄e quinq; talenta tradidisti michi: ecce alia quinq; suplucratus sum euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā: intra in gaudium dn̄i tui. Postcōio.

PResta q̄s dn̄e deus noster: vt diuinis mysterijs expiati intercedēte beato cedda confessore tuo atq; pōtifice: ad superni plenitudinē sacramenti cuius libauimus sancta tendamus. Per.

¶ Sanctarū ꝑpetue et felicitatis.

VUltū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis adducent regi virgines post eā: proxime eius adducent tibi in leticia et exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

DA nobis q̄s dn̄e de⁹ noster sanctarū martyꝝ tuaꝝ perpetue et felicitatis palmas incessabili deuotiōe venerari: vt quas digna mēte non possumus imitari: humilimis saltē frequētemus obsequijs. Per dn̄m. Epl'a. De virginibus autē preceptū dn̄i non habeo. In cōi folio xvj. Gr. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata est in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicū. Euāgeliū. Simile est regnū celorū decem. In cōi folio xvj. Offr. Offerent regi virgines post eā: proxime eius offerent tibi. Secreta.

INtēde q̄s dn̄e munera altaribus tuis pro scōrū martyrum tuarū ꝑpetue et felicitatis cōmemoratione proposita: vt sicut per hec beata mysteria illis gloriā contulisti: sic nobis indulgētiam largiaris et gratiā. Per do. Cōio. Quinq; prudētes virgines acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadibus: media autē nocte clamor factus est: ecce spōsus venit exite obuiā christo dn̄o. Postcōio.

SAnctarū martyrū tuarum perpetue et felicitatis festiuitati et sacramenti diuini munere vegetati: q̄s dn̄e: vt sicut bonis tuis per tuā gratiā temporaliter fouemur: ita perfruamur eternis. Per dn̄m. ¶ Si aliquod festū trium lectionū a capite ieiunij vsq; ī crastinū octa. pasce contigerit nichil inde fiat: nec etiā memoria.

¶ Patricij epi ₇ ꝯfessoris Officiū

STatuit ei dn̄s testamētū pacis/₇ p̄ncipē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Ps Mias dn̄i in eternū cātabo Oro.

DA q̄s oṗs de⁹: vt btī patricij ꝯfessoris tui atq; pōtificis venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. Per. Epl'a. Ecce sacerdos mag. q̄ in di. In cōi fo. x. Gr. Jurauit dn̄s ₇ nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū: secundū ordinē melchisedech ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Tractus.

BEatus vir qui timet dn̄m: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs

in terra erit semẽ ei⁹: generatio rectoꝝ bñ-
dicet. ℣. Gloria et diuitie in domo eius et
iusticia eius manet in seculũ seculi. Euã
geliũ. Uigila. q̃a nesci. In cõi fo.
xi. Offr. Inueni dauid seruũ meũ: ⁊ in
oleo sctõ vnxi eũ: man⁹ eni mea auxiliabit
ei: et brachiũ meũ ꝯfortabit eũ. Secreta

Respice q̃s dñe munera ppli
tui in beati patricij cõfesso-
ris tui atq; pontificis honore obla
ta: et tue testificatio veritatis no-
bis proficiat ad salutẽ. Per dñm.
Cõio. Fidelis seruus et prudẽs quẽ ꝯsti-
tuit dñs sup familiã suã: vt det illis in tẽ-
pore tritici mensurã. Postcõio.

Uos tuis dñe reficis sacra-
mẽtis scti patricij ꝯfessoris
tui atq; põtificis attolle benignus
suffragijs: vt nr̃e redẽptionis effe-
ctũ et mysterijs capiam⁹ ⁊ moribꝫ

¶ P. Scti gregorij pape Officiũ

Sacerdotes dei bñdici-
te dñm: sancti ⁊ humi
les corde laudate deũ.
Ps. Bñdicite oĩa opa dñi
dño: laudate et superexal-
tate eum in secula. Oratio.

Deus qui aĩe famuli tui gre-
gorij eterne btitudinis pre-
mia ꝯtulisti: cõcede ppicius vt qui
peccatoꝝ nostroꝝ pondere premi-
mur: eius apud te patrocinijs sub
leuemur. P. Epl'a. Dedit dñs. In
cõi fo. xij. Gr. Iurauit dñs et nõ peni
tebit eũ: tu es sacerdos ineternũ secũdum
ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs domi-
no meo: sede a dextris meis. Tractus

Beatus vir qui timet dñm: in man-
datis eius cupit nimis. ℣. Potẽs
in terra erit semen eius: generatio rectorũ
bñdicet. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius
et iusticia eius manet in seculum seculi.
Euãge. Uigilate q̃a nesci. In cõi
fo. xi. Offr. Ueritas mea ⁊ mĩa mea cũ
ipso: et in noĩe meo exaltabit cornu eius.

Intercessio q̃s dñe Secreta
beatissimi gregorij cõfesso-
ris tui atq; pontificis: mĩe tue mu
nera nostra ꝯciliet: vt quod meri-
ta nostra nõ valent: eius dep̃catio
nobis obtineat. Per dñm. Cõio.
Fidelis seruus et prudẽs quẽ cõstituit do-
minus sup familiã suã: vt det illis in tẽpo
re tritici mensurã. Postcõio.

Corporis sacri preciosiq; san
guinis repleti libamine: q̃s
dñe deus noster: vt quod pia deuo
tione gerimus: intercedente beato
gregorio ꝯfessore tuo atq; põtifice
certa redẽptiõe capiamus. Per.

¶ Sancti edwardi regis et mar.

Gloria et honore coro-
nasti eũ/et constituisti
eum sup opera manu
um tuarũ. Ps. Dñe do-
minus noster: q̃ admirabi
le est nomẽ tuũ in vniuersa terra. Orõ.

Deus eterni triũphator im
perij: familiã tuã ppitius
respice: martyriũ regis celebrantẽ
edwardi: ⁊ presta: vt sicut illũ mu
nere gl'ificare dignaris celesti: ita
nos eius obtentu: eterne felicitati
facias dignanter ascribi. P. Epl'a
Beatus vir qui inuentus. In cõi
folio iiij. Gr. Posuisti dñe sup caput
eius: coronã de lapide precioso. ℣. Deside
riũ aĩe eius tribuisti ei: et volũtate labiorũ
eius non fraudasti eum. Tractus.

Desideriũ aĩe eius tribuisti ei: ⁊ vo
luntate labioꝝ eius nõ fraudasti
eum. ℣. Quoniã preuenisti eum in bene-

dictione dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso.
Euangeliũ. Si quis venit ad me. In cõi folio v. Offr. Gloria et honore coronasti eum et cõstituisti eum sup opera manuum tuarum dñe. Secreta.
Intuere q̃s eterne de⁹ ad nostre humilitatis hostiã tibi in honore tui martyris ac regis edwardi oblatam: quã tibi sacram oblationẽ mirabili dispẽsatiõe efficere voluisti: et concede nobis illius precibus ita innocẽter viuere vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. P do. Cõio. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gl'iam et magnũ decorẽ ipones sup eũ dñe. Postcõio.
Sancta tua nos dñe sumpta purificẽt et beato martyre tuo ac rege edwardo intercedente ad perpetue beatitudinis cõsortiũ perducant. Per. ¶ Sancti cuthberti episcopi et cofessoris Officiũ



Statuit ei domin⁹ testamẽtũ pacis: ⁊ principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. ps. Misericordias dñi ineternum cãtabo. Oratio.
Deus q̃ per iestimabile munus gratie tue sãctos tuos facis esse gloriosos: presta q̃s: vt interueniẽte beato cuthberto cõfessore tuo atq͂ põtifice / mereamur ad culmen virtutum peruenire. Per Epla. Ecce sacerdos magnus qui in die. In cõi folio x. Gr. Ecce sacerdos magn⁹ qui in diebus suis placuit deo ℣. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legẽ excelsi. Tractus.
Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis versus. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ bñdicet. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi.
Euangeliũ. Homo quidam peregre. In cõi folio xi. Offr. Inueni dauid seruũ meũ: ⁊ in oleo sancto vnxi eũ: manus eni mea auxiliabitur ei: et brachiũ meum confortabit eum. Secreta.
Suscipe dñe q̃s hostiã redẽptiõis hũane: et intercessiõe beati cuthberti confessoris tui atq͂ põtificis: salutẽ nobis mẽtis et corporis placatus operare. P. Cõio. Beatus seruus quem cũ venerit dominus inuenerit vigilantẽ / amen dico vobis sup oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõio.
Sancta tua q̃s dñe que sumpsimus nos sua ṽtute tueãtur: et intercedẽte beato cuthberto cõfessore tuo atq͂ põtifice: cuius vita gl'iosa effulsit in pace: nos ⁊ sanctitate custodiant. Per dominũ.
¶ Sctĩ benedicti abbatis Offm.



Os iusti meditabit̃ sapientiã et lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipsi⁹. ps. Noli emulari in malignantibus: neq͂ zelaueris faciẽtes iniquitem. Gloria patri. Oratio.
Omĩps sempiterne de⁹ qui hodierna die carnis eductũ ergastulo beatissimũ confessorẽ tuũ benedictũ subleuasti ad celũ: cõcede q̃sum⁹ hec festa tuis famulis celebrãtibus cũctorũ veniã delictorũ: vt qui exultantibus animis / eius claritati congaudẽt: ipso apud te interueniente consocient̃ et meritis. Per. Epla. Iustus cor suũ tra

det. In cōi so. xij. Gr. Os iusti meditabit sapiētiā: et lingua ei9 loquet iudiciū ℣. Lex dei ei9 in corde ipsius: et non supplantabūtur gressus eius. Tractus.

Desideriū aie ei9 tribuisti ei: et volūtate labior ei9 nō fraudasti eū ℣. Quoniā preuenisti eū in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti sup caput ei9: coronā de lapide pcioso. Euāge. Nemo accēdit. In cōi so. xiij. Offr. Desideriū aie ei9 tribuisti ei dne: et volūtate labior ei9 nō fraudasti eū. posuisti in capite eius: coronā de lapide pcioso. Secreta.

Oblatis dne ob honorē beati benedicti cōfessoris tui atq abbatis placare munerib9: et ipsi9 interuētu: cūctor nobis indulgētiā tribue pctōr. Per. Cōio. Beatus seruus: quē cū venerit dñs/ inuenerit vigilantē. amē dico vobis: super oia bona sua cōstituet eum. Postcōio.

Prestet nobis dñe tui perceptio sacramēti: intercedēte btō bñdicto cōfessore tuo atq abbate: vt et cōuersatiōis eius imitemur exēpla: et ptigam9 ad pmia. P d.

Si festū scti edvvardi vel sci cuthberti/ aut scti bñdicti infra passionem eueñ. nichil fiet de eis vsq ad translationē eorūdē. In annūciatione beate marie Officium.

Rorate celi desup: et nubes pluant iustū. aperiat terra: et germinet saluatorē. In tpe pas. alla alla. ps. Et iusticia oriet simul: ego dñs creaui eū. Oratio.

Deus qui de beate marie virginis vtero verbum tuum angelo nūciāte carnē suscipere voluisti: psta supplicib9 tuis: vt qui vere eā dei genitricē credim9: eius apud te intercessiōib9 adiuuemur P eūdē. Lctō isaie pphete. vij.

In diebus illis. Locutus est dñs ad achaz dicēs. Pete tibi signū a dño deo tuo in pfundū inferni: siue in excelsū supra. Et dixit achaz. Nō petā: et nō tēptabo dñm. Et dixit. Audite ergo dom9 dauid. Nūqd parū vobis est molestos esse hoib9: qa molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabit nomē ei9 emanuel. Butyrū et mel comedet: vt sciat reprobare malū et eligere bonū. Gr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales/ et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in mōtē dñi: aut qs stabit in loco sctō ei9. innocēs manibus/ et mūdo corde. In tēpore pas. Alla. ℣. Aue maria gratia plena dñs tecū: bñdicta tu in mulieribus. Scdm Alla erit vnum de subscriptis in officio sequēti scz scti ricardi. Hac die dicat ista seqntia: licet in qdragesima ptigerit. Seqntia.

Aue mundi spes maria: aue mitis/ aue pia/ aue plena gratia. Aue virgo singularis: que p rubū designaris/ nō passum incēdia. Aue rosa speciosa: aue iesse virgula. Cui9 fruct9 nostri luct9/ relaxabat vincula. Aue carens simili: mundo diu flebili/ reparasti gaudium. Aue cuius viscera: cōtra mortis federa/ ediderūt filium Aue virginū lucerna: per quam fulsit lux superna/ his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: et de cuius lacte pasci/ rex celo-

rum voluit. Aue gemma: celi lu minariū. Aue sancti spiritus sacrarium. O q̄ mirabilis et q̄ laudabilis/hec est ꝟginitas. In qua ꝑ spiritū sacta paraclytū/fulsit fecunditas. O q̄ sctā q̄ serena: q̄ benigna q̄ amena/esse virgo credit. Per quam seruit⁹ finitur: porta celi aperit/necnō libertas reddit. O castitatis liliū: tuū ꝓcare filiū/qui salus est humiliū. Ne nos ꝑ nostro vicio: in flebili iudicio/sub iiciat supplicio. Sed nos tua sctā prece mūdans a peccati fece. Col locet in lucis domo: amē dicat oīs homo. Tunc sacerdos et eius ministri in sedib⁹ iuxta altare priuatim dicant trac. sequeñ. Tractus.

Aue maria: gratia glena/domin⁹ tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus: et bñdictus fructus ventris tui. ℣. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. ℣. Ideoqȝ et quod nascetur ex te sanctū: vocabitur filius dei. ¶ Secundū lucam. j.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo/in ciuitatē galilee cui nomē nazareth: ad virginē despōsatā viro: cui nomen erat ioseph/de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eā/dixit. Aue gratia plena dominus tecū: benedicta tu in mulierib⁹. Que cū audisset: turbata est in sermōe eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: īuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiū: et vocabis nomē eius iesum. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius/et regnabit in domo iacob in eternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virū non cognosco? Et respōdens angelus: dixit ei. Spūs sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoqȝ et qd̄ nascetur ex te sanctū: vocabit filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi/que vocat sterilis/quia nō erit impossibile apud deū omē verbū Dixit aūt maria. Ecce ācilla dñi: fiat michi: secundū verbū tuum.

Offr. Aue maria gratia plena dñs tecū benedicta tu in mulieribus/et benedictus fructus vētris tui. In tempore pascali alleluia. Secreta.

In mentibus nr̄is q̄s dñe vere fidei sacramēta cōfirma: vt qui cōceptū de virgine/deū verum ⁊ hoiem firmiter cōfitemur: per eiusdē salutifere incarnatiōis potētiā: ad eternā mereamur puenire leticiā. P eūdē. Prefatio. Et te in annūciatiōe. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabit nomē ei⁹ emanuel. In tpe pascali alla alla.

Gratiā tuā q̄s dñe Postcō. mētib⁹ nr̄is infūde: vt qui angelo nunciāte christi filij tui incarnationē cognouimus: ꝑ passionē ei⁹ et crucē/ad resurrectiōis gloriā ꝑducamur. P eūdē. Si hoc festū ī aliq̄ dñica xl. euenerit: sēp differat in crastinū. Cū ꝟo infra passionē extra dñicā cōtigerit: ibi so-

lẽniter celebret. Si aũt i die cene/ vel in duob⁹ dieb⁹ sequẽtib⁹/siue in ebdomada pasce euenerit: i pri ma feria vacãte post octauas pas ce vbi cõueniẽtius potest celebrari/ celebret. Et hoc eodẽ modo fiat de ceteris festis duplicib⁹/tẽpore p̄di cto cõtingẽtib⁹: et semp infra qua dragesimã quando fit seruiciũ de aliquo sancto nouẽ lectionũ: mis sa de festo post tertiã dr. missa vo de ieiunio/post nonam: vtraq ad principale altare: et fiat prostratio post **Sanctus.** et dicuntur feriales preces more solito ad illã missam de ieiunio: licet duplex festũ fuerit

¶ Sancti ricardi epi Officium.

STatuit ei domin⁹ te stamẽtũ pacis/ et prin cipẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternũ. In tpe pasca li allã allã. ps. Misericordias dñi: in eternum cantabo. Oratio.

DEus qui ecclesiã tuã/meri tis beati ricardi confessoris tui atq põtificis/fecisti miraculis choruscare gloriosis: concede nos famulos tuos ipsius intercessiõe/ ad eterne beatitudinis gloriã per uenire. Per dñm. Epla. Ecce sa cerdos magnus qui in dieb⁹ suis. In cõi. fo. x. Gr. Domine preuenisti eum in benedictiõibus dulcedinis: posui sti in capite eius/coronam de lapide precio so. ℣. Uitam petijt et tribuisti ei: longitu dinem dierũ in seculũ seculi. Tractus.

BEatus vir qui timet dñm: in man datis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorũ benediceturr. ℣. Gloria et diuicie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum se culi. Euãgelium. **Homo quidam peregre.** In cõi fo. xi. In tempore pascali. Alla. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: et florebit in eternum ante do minũ. Secundũ alla erit vnum de subscriptis. Alla. ℣. Mane nobis cum dñe: quia declinata est iam dies ad ve sperum. Alla. ℣. Oportebat pati chri stum/et resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriam suam. Alla. ℣. Christus re surgens ex mortuis/iam non morit: mors illi vltra nõ dominabit. Alla. ℣. Sur rexit altissimus de sepulchro: qui p nobis pependit in ligno. Alla. ℣. Surrexit christus et illuxit populo suo: quẽ redemit ipse sanguine suo. Alla. ℣. Christus mortuus est pp̄ter delicta nostra: et surre xit propter iustificationẽ nostram. Alla ℣. Surgẽs iesus dñs noster: stetit in me dio discipulorum suorum et dixit: pax vobis Alla. ℣. Surrexit dñs et occurrẽs mu lieribus ait/auete: tũc accesserunt et tenue runt pedes eius. Alla. ℣. In die resur rectionis mee dicit dominus: precedã vos in galileam. Quibus dictis dicũtur illa de ebdomada pasce: videlicet de tertia quarta et quinta ferijs. q̃ sequuntur. Alla. ℣. Surgẽs iesus dominus noster/stetit in medio discipulo rum suor/et dixit pax vobis. Alla. ℣. Surrexit dñs et occurrẽs mulieribus ait/ auete: tunc accesserunt: et tenuerunt pedes ei⁹. Alla. ℣. In die resurrectiõis mee dicit dominus: precedam vos in galileam Quod etiã obseruetur in omni fe sto cum regimie chori/ab octauis pasce vsq ad ascẽnsionẽ domini: cum repetitione frequenti/si neces se fuerit. Sequẽtia. **Adest nobis dies alma.** In cõi folio. xi. Euãge

lium. Ego sum vitis vera. In cõi fo. j. Offer. Ueritas mea et mia mea cũ ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius In tpe pascali allla. Secreta.

Concede q̃s misericors de⁹: vt itercedēte btõ ricardo cõfessore tuo atq põtifice oculis tue maiestatis mun⁹ oblatũ: et gratiã nobis bene viuẽdi obtineat/ et gloriã sempiternã acquirat. Per do. Cõio. Btũs seru⁹ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis: sup oia bona sua constituet eum. In tẽpore pascali allla allla. Postcõio.

Hec sacrosctã sumpta mysteria/ nobis effectũ dñe conferãt salutarẽ: quorũ btũs ricardus cõfessor tu⁹ atq põtifex: deuot⁹ extitit dispẽsator. Per dñm. Sãcti ambrosij epi et doctoris offm.

Sacerdotes tui dñe induãt iusticiã: et sancti tui exultent. pter dauid seruum tuum: nõ auertas faciẽ xpi tui. In tpe pas. allla. ps. Memẽto dñe dauid: et ois mãsuetudinis eius. Oratio.

Deus q ppło tuo eterne salutis beatum ambrosiũ ministrũ ɔcessisti: psta q̃s: vt quẽ doctorẽ vite habuim⁹ in terris: intercessorẽ semp habere mereamur in celis. Per. Epła. Dedit dñs. In cõi fo. xij. Gr. Jurauit dñs et nõ penitebit eũ: tu es sacerdos i eternũ/ scdm ordinem melchisedech. V. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Tract⁹. Btũs vir. vts in officio primo. Euãg. Uigilate quia ne. In cõi. fo. xj. In tpe pas. Allla. V. Just⁹ germinabit sicut liliũ: et florebit in eternum ante dñm. Scdm allla vnũ de suprascripts. Seqñtia de cõi. fo. xj. Euã. Ego sũ vits ve. In cõi fo. j. Credo. Offer. Ueritas mea et mia mea cũ ipso: et in noie meo exaltabit cornu eius. In tpe pascali allla.

Hec in nobis sacrificia de⁹ intercedẽte btissimo ɔfessore tuo ambrosio: et actione pmaneãt et operatiõe firment. P. Cõio. Beatus seru⁹/ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis/ sup omnia bona sua cõstituet eũ. In tempore pascali allla allla. Postcõio.

Sancti ambrosij nos q̃s dñe iugiter psequat oro: vt qđ petitio nostra non impetrat: ipso pro nobis interueniẽte prestet. P. Sctõr tyburtij et valeriani mar.

Sancti tui dñe bñdicẽt te: gloriã regni tui dicẽt: allã. ps. Exaltabo te de⁹ meus rex: et bñdicã noi tuo in sclm/ et in sclm scli.

Presta q̃s ops de⁹: Oro. vt qui sctõr martyr tuorũ tyburtij/ valeriani/ atq maximi solẽnia colim⁹: eor etiã virtutes imitemur. Per. Epła. Lingua sapientum. In cõi fo. vij. Allla. V. Scti tui dñe florebũt sicut lilium: et sicut odor balsami erunt ante te. Secundũ Allla erit de prima dñica precedẽti: et hoc in oib⁹ festis sine regimine chori: ab oct. pasce vsq ad ascẽsionẽ dñi obseruetur Euãg. Ego sũ vitis vos palmites. In cõi fo. j Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum alleluia allã. Secreta.

Presẽtib⁹ dñe q̃s intẽde muner ib⁹: et patrocinãtib⁹ san

ctis martyribus tyburtio/valeriano/et maximo/quorum solennia celebramus: fidelibus tuis salutis indulgentiam conferant: et eterna premia dignanter acquirant. Per. Cōio. Gaudete iusti in domino allā: rectos decet collaudatio alleluia. Postcōio.

Sacramenti tui dñe q̄s sumpta benedictio/corpora nostra mentesque sanctificet: et sanctorum martyrum tuorum tyburtii/valeriani/et maximi intercessionibus: sempiterne glorie ascribendos nos preparet. P do. ¶ Sancti alphegi epi et martyris Officium.

Protexisti me deus a conventu malignantium alleluia: a multitudine operantium iniquitatem: allā allā. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui beatum alphegum pontificem tuum: sacerdotii dignitate et palma martyrii decorasti: concede propicius: ita nos apud te eius intercessionibus adiuvari/ut cum eo possimus in eterna felicitate letari. P. Epla Doctrinis variis. In cōi folio. v. Allā. V. Elegit te dñs sibi in sacerdotem magnum: in populo suo. Euāg. Ego sum vitis vera. In cōi fo. j. Offr. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum: allā allā. Secreta.

Hec dñe altari tuo munera imposita benedic ipse et suscipe: ut intercessione beati alphegi martyris tui atque pontificis: nobis ad fructum proficiant utriusque salutis. P. Cōio. Ego sum vitis vera et vos palmites: qui manet in me et ego in eo: hic fert fructum multum: allā allā. Postcōio.

Sumpto dñe sacramento/tuam suppliciter deprecamur clementiam: ut intercedente beato alphego martyre tuo atque pontifice/quod temporaliter gerimus: ad vitam capiamus eternam. Per dñm. ¶ Sancti Georgii martyris Officium.

Protexisti me deus a conventu malignantium alleluia: a multitudine operantium iniquitatem: allā allā. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui nos beati georgii martyris tui/meritis et intercessione letificas: concede propicius: ut cuius beneficia poscimus: dono tue gratie consequamur. Per dñm ¶ Lectio beati iacobi apli. j.

Charissimi. Omne gaudium existimate/cum in temptationes varias incideritis: scientes quod probatio fidei vestre/patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat: ut sitis perfecti et integri/in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia: postulet a deo qui dat omnibus affluenter/ et non improperat: et dabitur ei. Postulet autem in fide: nichil hesitans. Qui enim hesitat: similis est fluctui maris: qui a vento movetur et circumfertur. Non ergo existimet homo ille: quod accipiat aliquid a dño. Vir duplex animo: inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: dives autem in humilitate sua: quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore: et arefecit fenum/et flos eius decidit: et decor vultus eius deperiit. Ita et dives: in itine-

rib⁹ suis marcescit. Btūs vir qui suffert tēptationē: qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite: quā repromisit deus diligētib⁹ se. Alla. V. Letabit̄ iustus in dn̄o et sperabit i eo: et laudabunt̄ oēs recti corde. Sequētia Organicis canam⁹. In cōi fo. iiij Euangeliū. Ego sum vitis vera. In cōi fo. j. Credo. Offr. Confitebunt̄ celi mirabilia tua dn̄e: et veritatē tuam in ecclesia sctōꝝ: alla alla. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e solēne sacrificiū pro venerāda sancti georgij martyris tui passione/ deprecātes clementiā tuā: vt per hec sacrosctā mysteria: antiqui hostis tēptamēta/ te triūphāte vicam⁹: et eterne remunerationis p̄miū/ te largiēte sequamur. Per do. Cōio Letabit̄ iustus in dn̄o et sperabit in eo: et laudabunt̄ oēs recti corde. Postcōio.

Mense celestis satiati dulcedine/ humiliter te rogam⁹ oīps pater: vt intercedēte btō georgio martyre tuo: resurrectiōis ei⁹ sim⁹ participes: cui⁹ sum⁹ morte redempti. Qui tecū. ¶ Scti marci euāgeliste Ad missam Officiū.

Protexisti me de⁹ a cōuētu malignantiū alleluia: a multitudine operātiū iniquitatē: alla alla. ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe animā meam. Oratio.

Deus qui beatū marcū euāgelistā tuū/ euāgelice predicationis gratia sublimasti: tribue q̄s: eius nos semp et eruditione pficere: & oratiōe defendi. Per dn̄m ¶ Ad ephesios. iiij.

Fratres. Unicuiq3 nr̄m data est gr̄a/ scd̄m mēsurā donatiōis christi. Propter qd̄ dicit. Ascēdēs in altū/ captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hoīb⁹. Qd aūt ascēdit qd̄ est: nisi q2 et descendit primū ad inferiores ptes terre. Qui descēdit: ipse est & qui ascēdit sup oēs celos/ vt adipleret oīa. Et ipe dedit quosdā qdā apl'os: quosdā aūt pphetas: alios vero euāgelistas: alios vero pastores et doctores/ ad ꝯsūmationē sctōꝝ/ in opus ministerij: i edificationē corporis xp̄i: donec occurram⁹ oēs in vnitatē fidei et agnitiōis filij dei: i virū pfectū: in mēsurā etatis: plenitudinis xp̄i. Alla. V. Prim⁹ ad syō dicet ecce assū: & hierusalē euangelistā dabo. Sequētia. Laus deuota. In cōi fo. iij. Euāg. Ego sum vitis vera In cōi fo. j. Offr. Cōfitebunt̄ celi mirabilia tua dn̄e: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum: alleluia allā. Secreta.

Beati marci euāgeliste tui solēnitatē tibi munera deferētes/ q̄s dn̄e: vt sicut illū predicatio euāgelica fecit gl'iosū: ita nos ei⁹ intercessione/ et verbo & opere tibi reddat acceptos. Per d̄. Prefatio. Et te dn̄e. Nō d̄r in hac p̄fatiōe p btōs euāgelistas: sed p btōs apl'os Cōio. Ego sum vitis vera et vos palmites: q̄ manet in me et ego in eo: hic fert fructum multū: allā allā. Postcōio.

Refecti cibo spiritalis alimonie/ q̄s dn̄e de⁹ noster: vt qd̄ mysterio frequētam⁹: intercedēte beato marco euāgelista: plena virtute consequamur. Per dominū. ¶ Si hoc festū i aliquo festo post

oct. pasce ꝯtigerit / tūc fiat ꝓcessio post magnā missā de sctō marco. Si in ebd. pasce aliqd festū vel ieiuniū euenerit: nichil de festo fiat / nichil de ieiunio / nec post nec añ: nisi forte in octa. cōtigerit: tūc eni potest differri in crastinū. Hoc idē obseruet in ebdo. pētheco. ¶ Sancti vitalis martyris Officium.

PRotexisti me de⁹ a cōuentu malignātiū alleluia: a multitudine operātiū iniquitatē: allā allā. ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe animā meam. Oratio.

PResta qs ops deus: vt intercedente btō vitale martyre tuo: et a cūctis aduersitatibus muniamur i corpe: et a prauis cogitatiōib⁹ mūdemur i mēte. P. Epla Nemo militās deo. In cōi fo. iiij Alla. V. Scti tui dñe florebūt sicut liliū: et sicut odor balsami erūt ante te. Sequētia. Organicis canamus. In cōi fo. iiij. Euāge. Ego sum vitis vera. In cōi. fo. j. Offr. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sumus alla. Secreta.

GRata tibi dñe qs nostra sint munera qb⁹ sci vitalis martyris tui passio recolit honorāda. P do. Cōio. Ego sum vitis vera et vos palmites: q manet i me et ego i eo: hic fert fructū multū: alla alla. Postcōio.

QUesumus ops de⁹: vt munus diuinū qd sumpsim⁹: intercedente beato vitale martyre tuo: salutari nobis ꝓficiat effectu Per dominū. ¶ In die apostolorum philippi et iacobi Officium.

SE clamauerūt ad te domine in tpe afflictiōis sue: et tu de celo exaudisti eos: alla alla. ps. Exultate iusti i domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus qui nos annua aplorum tuorum philippi et iacobi solēnitate letificas: presta qs: vt quorū gaudem⁹ meritis: instruamur exēplis. P. Lcō libri sapiētie. V.

STabūt iusti in magna ꝯstātia / aduersus eos q se angustiauerūt: et q abstulerunt labores illorum. Uidentes aūt turbabunt timore horribili: et mirabuntur in subitatiōe insperate salutis: dicentes intra se: penitentiā agentes / et pre angustia spiritus gemētes. Hi sūt quos aliqn habuim⁹ i derisū: et in similitudinē iproperij. Nos insensati / vitā illorū estimabam⁹ insaniā: et finē illorum sine honore. Quomodo ergo cōputati sunt inter filios dei: Et inter sctōs: sors illorum est. Alla. V. Stabūt iusti in magna ꝯstātia: aduersus eos qui se angustiauerūt. Alla. V. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis: de iesu dū loqueret nobis in via. Sequentia. Clare sctorum. In cōi fo. ij. ¶ Scdm iohannē xiiij.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nō turbetur cor vestrū. Creditis in deum: et in me credite. In domo patris mei / māsiones multe sunt. Si quo minus dixissē vobis: qr vado parare vobis locū. Et si abiero et preparauero vobis locū: iterum veniā et accipiā vos ad meipsū: vt vbi sum ego / et vos sitis. Et q ego vado vos

scitis: et viā scitis. Dixit ei thomas Dñe: nescim⁹ quo vadis. Et quomodo possum⁹ viā scire? Dicit ei iesus. Ego sū via/ et veritas/ et vita. Nemo venit ad patrē: nisi per me Si cognouissetis me: et patrē meum vtiq; cognouissetis. Et amodo cognoscetis eū: et vidistis eum Dicit ei philipp⁹. Dñe: ostēde nobis patrē: et sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tāto tpe vobiscū sum: et nō cognouistis me? Philippe/ qui videt me: videt et patrē. Quomodo tu dicis: ostēde nobis patrem? Nō credis q2 ego in patre: et pater in me est? Verba q̄ ego loquor vobis: a meipso nō loquor. Pater autem in me manēs: ipse facit opera Nō creditis q2 ego in patre: et pater in me est? Alioquin ꝓpter ipsa opa credite. Amen amen dico vobis: q̄ credit i me: opa q̄ ego facio/ et ipē faciet: et maiora horū faciet: q2 ego ad patrē vado. Et q̄cunq; petieritis patrē in noīe meo: hoc faciā. Credo. Offer. Cōfitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatē tuam in ecclesia sanctorum: alla alla. Secreta.

Deus ecclesie tue redemptor atq; perfector: da vt aplorum tuorum philippi et iacobi precib⁹ paschalis sacramēti dona capiam⁹: quorum nobis magisterio ea voluisti predicari. Per dñm. Prefatio. Et te dñe. Cōio. Tāto tēpore vobiscū sum/ et nō cognouistis me: philippe qui videt me/ videt et patrē alla: nō credis quia ego in patre/ et pater in me est: alla alla.

Paschale myste- Postcōio. riū recensentes btōrum aplorum tuorum philippi et iacobi dñe q̄s precib⁹ foueamur: quorum magisterio hoc cognouim⁹ exequēdū. P dn.

¶ In inuētione sctē crucis Offm.

Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu xpi: in quo est salus vita et resurrectio nostra: per quē saluati et liberati sumus: alla alla. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos/ et misereatur nostri. Kyrie. Lux et origo. Et dicit cū suis v. Oratio.

Deus qui in preclara salutifere crucis iuētiōe/ passiōis tue miracula suscitasti/ cōcede: vt vitalis ligni p̄cio/ eterne vite suffragia cōsequamur. Qui viuis et reg. cū deo. ¶ Nulla fiat mēoria de resurrectiōe: sed de sctis marty. alexādro/ euētio/ et theodolo. Orō

Presta q̄s oīps de⁹: vt q̄ scōrum martyrū tuorum alexādri/ euentii/ et theodoli natalicia colimus: a cūctis malis īminētib⁹/ eorū intercessiōib⁹ liberemur. Per. Epla. Cōfido de vobis i dño. In cōi fo. iiii. Alla. v. Dulce lignū dulces clauos/ dulcia ferēs pondera: que sola fuisti digna/ sustinere regē celorum et dñm. Alla. v. Dicite in gentibus: q2 dominus regnauit a ligno. Sequentia.

Salue crux scā arbor digna. Cui⁹ robur preciosū: mūdi ferret talentū. Ut hostis per lignum victor: ligno reuinceretur. Q̄ dq; exortu mortis primis erat terrigenis: padiso ꝓpulsis. Causa etiā vite foret cūctis: xpi morte vere viuificatis. Horrificū tu es semp signū inimicis crux sacra se

uis. Quā mors pauet/infernusqꝫ timet: que christo suos recōsignat Qui sit laus in euum.

Secundum Johannē. iij.

In illo tpe. Erat hō ex phariseis nichodem⁹ noīe: princeps iudeoꝝ. Hic venit ad iesū nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi: scim⁹ quia a deo venisti magister. Nemo enī potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit de⁹ cū eo. Respondit iesus/⁊ dixit ei. Amē amē dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo/nō potest videre regnū dei. Dixit ad eū nichodem⁹. Quomodo potest homo renasci/cū sit senex? Nūq̄d potest in vētrē matris sue iterato introire/⁊ renasci? Rn̄dit ies⁹. Amē amē dico tibi/ nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spū sctō/ nō potest introire in regnū dei. Quod natum est ex carne: caro est. Et quod natū est ex spū: spiritus est. Non mireris/q2 dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spirit⁹ vbi vult spirat: ⁊ vocē ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat/aut quo vadat. Sic est oīs q̄ nat⁹ ē ex spū. Rn̄dit nichodem⁹: ⁊ dixit ei. Quō possūt hec fieri? Respōdit iesus: et dixit ei. Tu es magister in isrl̄: et hec ignoras? Amē amē dico tibi: q2 q̄d scimus/loquimur: ⁊ q̄d vidim⁹/testamur: ⁊ testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis/⁊ non creditis: quō si dixero vobis celestia/credetis? Et nemo ascēdit in celū/nisi q̄ descēdit de celo: fili⁹ hoīs q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpētē in deserto: ita exaltari oportet filiū hoīs: vt oīs qui credit in ipso/ nō pereat: sed habeat vitā eternā.

Credo. Offꝫ. Protege dn̄e plebē tuā p signū sctē crucis/ab oīb⁹ insidiis inimicoꝝ oīū: vt tibi gratā exhibeam⁹ seruitutē et acceptabile tibi fiat sacrificiū nr̄m all'a.

Sacrificiū dn̄e q̄d Secreta tibi imolam⁹ placat⁹ intende: vt ab omi nos eruat belloꝝ nequicia: ⁊ p vexillū sctē crucis filii tui/ad conterēdas potestates aereas/⁊ aduersarioꝝ insidias: nos in tue ptectionis securitate cōstituat P eū. Alia secreta de marty.

Super has hostias q̄s dn̄e benedictio gloriosa descēdat: que ⁊ sctificationē nobis clementer operet: et de martyꝝū tuoꝝ alexandri/euētii/et theodoli solennitate nos letificet. Prefatio. Qui salutē. Cōio. Per lignū serui facti sum⁹: ⁊ per sanctā crucē liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: fili⁹ dei redemit nos. all'a. In vtroqꝫ festo finiat cū all'a.

Repleti alimonia Postcōio celesti: ⁊ spirituali poculo recreati/q̄s oīps de⁹: vt ab omi hoste maligno defendas: quos p lignū sācte crucis filii tui arma iusticie/pro salute mundi triūphare iussisti. Qui te. Alia postcōio de mar.

Sumptis dn̄e muneribus sacris: tribue q̄s: vt ad eadem appetēda/sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ alexandri/euētii/⁊ theodoli precib⁹ ⁊ exēplis/promptius incitemur. P

Scti iohānis añ portā latinā.

In medio ecclesie apetruit os ei⁹: ⁊ impleuit eū dn̄s spū sapiētie et intellectus: stola glorie induit eum. p̄s Jo

cūditatem et exultationem: thesaurizauit super eum. Oratio.

Deus qui cōspicis quia nos vndiqꝫ mala nostra perturbant: ꝑsta q̄sumus: vt beati iohānis apostoli tui et euāgeliste/ intercessio gl'iosa nos protegat. P do.

Lcō libri sapiētie. Eccl'iastici. xv.

Qui timet deū: faciet bona. Et qui cōtinens est iusticie/ apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua sapiētie salutaris potabit illum. Et firmabit' in illo/ ⁊ non flectet': et cōtinebit illum/ ⁊ nō cōfundetur: et exaltabit illū apud proximos suos. In medio ecclesie aperuit os eius: ⁊ impleuit eū dn̄s spiritu sapiētie et intellectus/ et stola glorie induit eū. Jocūditatē et exultationē thesaurizauit sup eum. Et noīe eterno hereditabit illum: dn̄s deus noster. Alla. V. Hic est discipul' ille qui testimoniū perhibet de his: et scimus quia verum est testimoniū eius. Sequētia. Laus deuota. In cōi fo. iij. Scdm iohannē. Ultimo

In illo tpe. Dixit ies' petro Sequere me. Cōuersus petrus: vidit illū discipulū quē diligebat iesus sequētē: qui ⁊ recubuit in cena supra pect' eius/ et dixit Dn̄e: quis est qui tradet te? Hunc ergo cū vidisset petrus: dixit iesu. Dn̄e: hic aūt quid? Dicit ei iesus. Sic eū volo manere: donec veniā Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres: ꝙ discipulus ille nō morit'. Et nō dixit ei iesus q̄a nō moritur: sed sic eum volo manere donec veniam/ quid ad te? Hic est discipulus ille/ qui testimoniū ꝑhibet de his: et scripsit hec. Et scimus: quia verū est testimoniū ei'. Credo. Offer. Justus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabitur alla. Secreta.

Sic nos q̄s dn̄e beati iohannis apl'i tui ⁊ euangeliste solennia/ tuis fac celebrare mysteriis: vt que predicauit/ et credamus pariter et sequamur. Per do. Prefatio. Et te domine. Cōio. Exijt sermo inter fratres/ ꝙ discipulus ille nō moritur: et nō dixit iesus nō morit': sed sic eū volo manere donec veniam. Postcōio.

Refecti dn̄e pane celesti: intercedēte beato iohāne apostolo tuo et euangelista: ad vitam q̄s nutriamur eternā. Per. Sācti iohānis de beuerlaco epi et cōfes.

Statuit ei domin' testamētū pacis: ⁊ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternū. ps. Misericordias dn̄i: in eternū cantabo. Oratio.

Da q̄s oṗs deus: vt beati iohannis confessoris tui atqꝫ pontificis venerāda solennitas: ⁊ deuotionē nobis augeat et salutē Per dn̄m. Epl'a. Justum deduxit In cōi fol. x. Alla. V. Amauit eum dn̄s et ornauit eū: stola glorie induit eum Seq̄ntia. Adest nobis dies alma In cōi fol. x. Euāgeliū. Ego sum vitis vera. In cōi fo. j. Offer. Veritas mea et misericordia mea cū ipso: et in noīe meo exaltabit' cornu eius. Secreta

Respice q̄s dn̄e munera populi tui/ in beati iohānis cō

Fratres Nolum⁹ vos ignorare de dormientib⁹: vt nõ contristemini sicut & ceteri q̃ spem non habẽt. Si enim credim⁹ q iesus mortuus est & resurrexit: ita et de⁹ eos qui dormierũt p iesum adducet cũ eo. Hoc eni vobis dicim⁹ in verbo dñi: quia nos q̃ viuim⁹ qui residui sumus in aduẽtu dñi/ non preueniemus eos q̃ dormierũt. Quoniã ipse dñs in iussu & in voce archãgeli & in tuba dei descẽdet de celo: et mortui q̃ in christo sunt resurgẽt primi. Deinde nos q̃ viuimus q̃ reliquimur/ simul rapiemur cũ illis in nubib⁹ obuiã christo i aera: et sic semp cũ dño erim⁹ Itaq consolamini inuicẽ: in verbis istis. ¶ In ãniuersariis & trigintalibus aliorum quorũlibet.

¶ Lectio libri machabeorũ. ij. xij.

In diebus illis: Uir fortissimus iudas collatione facta/ duodecim milia dragmas argẽti misit hierosolimã offerri ea ibi p pctis mortuorũ: iuste & religiose de resurrectiõe cogitãs. Nisi eni eos qui ceciderãt resurrecturos speraret: superfluũ videret & vanũ orare p mortuis. Et quia cõsiderabat q hi q̃ cũ pietate dormitionẽ acceperãt: optimam haberẽt repositã gratiã. Sancta ergo & salubris est cogitatio p defũctis exorare: vt a peccatis soluant. ¶ He due sequẽtes epl'e legãtur p totum annũ ad missã q̃tidianã p defũct' alternis vicib⁹ p totã ebdomadã Lcõ libri apocalipsis bti iohãnis apl'i. xiiij.

In diebus illis: Audiui vocem de celo: dicẽtem michi. Scribe: beati mortui qui in dño moriunt Amodo eni iã dicit spũs vt requiescãt a laborib⁹ suis. Opera enim illorum sequũtur illos.

j. Ad corinthios. xv. capitulo.

Fratres: Christ⁹ resurrexit a mortuis primitie dormiẽtium. Quoniã quidẽ per hominẽ mors: & per hominem resurrectio mortuorũ. Et sicut in adã oẽs moriunt: ita & in christo oẽs viuificabunt. Unusquisq autẽ: in suo ordine. ¶ Quãdocũq corpus adest presens cuiuscũq fuerit: et in oib⁹ missis p episcopis dicit a trib⁹ clericis de secũda forma habitu non mutato ad caput defũcti si adest: sinautẽ ad gradũ chori. Gradale.

Si ambulẽ in medio vmbre mortis nõ timebo mala quoniã tu mecum es dñe. V. Uirga tua et baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Et idẽ grad. semp incipiat et suus V. percãtet a trib⁹ clericis de secũda forma/habitu nõ mutato ad caput defũcti si adest: sinautem ad gradũ chori. In oib⁹ aliis missis p defũct' dicat seqns grad. a toto choro simul iteri sedẽte: nisi

in die animarũ. Grad. Requiẽ eternam dona eis domine et lux ꝑpetua luceat eis. ℣. Anime eorum in bonis demorẽtur et semen eorũ hereditet terrã. Ita ꝙ idẽ incipiatur: ⁊ suus ℣. percãtetur a tribus clericis de secũda forma habitu non mutato: quãdocũꝙ corpus adest presens ad caput defuncti tantũ: sinautem ad gradũ chori: et in die animarum in pulpito. Alias illud idem gradale. Requiem eternam. et suus ℣. Anime eorum in bonis quotienscũꝙ cantant in anniuersarijs et trigintalib⁹: et in missis ferialib⁹ pro defunctis post eorum inceptionẽ a toto choro interim sedẽte absꝙ neuma in fine percantẽtur. Quãdocũꝙ corp⁹ adest presens et in omnib⁹ missis ꝓ episcopis defunctis: dicatur tractus Sicut ceru⁹ desiderat. ibidẽ vbi grad a quattuor clericis de supiori gradu/habitu nõ mutato nequaꝙ̃ vt in alijs tract. alternatim sedẽtib⁹ sed interim cõtinue stantib⁹ ad caput corporis qđ presens fuerit/vel episcopi defũcti si adest: sinautem ad gradũ chori quousꝙ finierint ipsum tractum: ita ꝙ oẽs illi quattuor clerici simul primũ ℣. icipiãt quẽ duo ex parte chori principalis prosequãtur: Sequens ℣. ab alijs duobus ex altera parte cantetur: ⁊ sic alternis vicib⁹ singuli ℣. toti⁹ tract. ab illis quattuor dicunt choro simul interim sedente: ita quđ vt oẽs simul ipm trac. terminent. tr. Sicut ceru⁹ desiderat ad fõtes aquarum: ita desiderat aĩa mea ad te deus ℣. Sitiuit aĩa mea ad deũ viuum: quãdo veniam et apparebo ante faciem dei mei ℣. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte: dũ dicit michi per singulos dies vbi est deus tuus. In anniuersarijs ⁊ trigesimis ⁊ in oĩbus alijs missis pro defunctis/dicitur sequens trac. De profũdis. a toto choro alternatim simul interim sedẽte cũ cãtu in gradali sup hoc notato: nisi in die animarum tantũ. tunc enim dicitur cum eodẽ cantu quo in dñica lxx. a quattuor clericis de supiori gradu/habitu nõ mutato ad gradum chori supradicto modo quo scilicet tractũ. Sicut ceruus. Tr. De ꝓfundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meã. ℣. Fiãt aures tue intẽdentes in orationẽ serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine: dñe ꝙs sustinebit. ℣. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Pro corpore presenti et ĩ omnib⁹ anniuersarijs et trigintalib⁹ episcoporum et in die animarũ. similiter in dominicis et in secũdis ferijs quãdo dicitur missa ferialiter in capitulo vel alibi: dicitur sequens euãge.

Secũdum iohannem. xj. ca.

In illo tempore: Dixit martha ad iesum. Dñe si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortu⁹. Sed et nũc scio: quia quecũꝙ poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me: etiam si mortu⁹ fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit ĩ me: nõ morietur ĩ eternũ. Credis hoc? Ait illi. Utiꝙ domine: ego credidi quia

tu es christus filiꝰ dei viui: qui in hũc mũdũ venisti. ¶ Feria tertia Secundum iohannem. vj. ca.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorũ. Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me nõ eijciã foras. Quia descẽdi de celo: nõ vt faciam voluntatẽ meam: sed voluntatẽ eius qui misit me. Hec est autẽ voluntas eius q̃ misit me patris: vt omne quod dedit michi non perdã ex eo/ sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Hec est enĩ volũtas patris mei q̃ misit me: vt oĩs qui videt filiũ et credit in eũ/ habeat vitã eternã. Et ego resuscitabo eũ: in nouissimo die.

¶ Feria. iiij. Scd̃m iohannẽ. v.

IN illo tempore Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Amẽ amen dico vobis: quia qui verbum meũ audit ⁊ credit ei qui misit me: habet vitã eternam. Et in iudiciũ non venit: sed trãsiet a morte in vitã. Amẽ amẽ dico vobis: quia venit hora ⁊ nũc est: quãdo mortui audient vocem filij dei. ⁊ qui audierint viuẽt. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitã habere in semetipso. Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: quia filius hominis est Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes q̃ in monumẽtis sũt/ audiẽt vocẽ filij dei. Et procedent qui bona fecerũt: in resurrectionẽ vite. Qui vero mala egerũt: in resurrectionẽ iudicij.

¶ Feria quinta. Secundũ iohannem. v. cap.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis/ et turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq̧ enĩ pater iudicat quẽq̧̃: sed omne iudicium dedit filio vt oẽs honorificẽt filium sicut honorificant patrẽ. Qui non honorificat filiũ: non honorificat patrem qui misit illũ. Amẽ amen dico vobis: quia q̃ verbũ meũ audit/ et credit ei qui misit me: habet vitam eternã. Et in iudiciũ nõ veniet: sed trãsiet a morte in vitam.


¶ Feria vj. Scd̃m iohãnem. vj.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis/ et turbis iudeorum. Ego sum panis viuus: q̃ de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternũ. Et panis quẽ ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei: adinuicẽ dicẽtes. Quomodo potest hic carnẽ suam dare nobis ad manducandũ? Dixit ergo eis iesus. Amẽ amen dico vobis: nisi manducaueritis carnẽ filij hominis: et biberitis eius sanguinem/ nõ habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meam carnẽ et bibit meũ sanguinem: habet vitã eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. ¶ Sabbato. Secũdum iohannem. vj. cap.

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis/ ⁊ turbis iudeorũ Amẽ amen dico vobis: nisi manducaueritis carnẽ filij hoĩs et biberitis eius sanguinẽ/ nõ habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meã carnem et bibit meũ sanguinẽ: ha

bet vitam eternã. Et ego resuscita bo eum: in nouissimo die. Offer. Dñe iesu christe rex glorie libera aïas omnium fideliũ defunctorũ de manu inferni et de profũdo lacu. libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus. ne cadant in obscura tenebrarũ loca: sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quã olim abrahe promisisti et semini ei⁹.

¶ Notandũ est q̄ quãdocũq̄ corpus adest p̄sens et in oib⁹ anniuersarijs et trigintalib⁹ post ablutionẽ manuũ: icipiat sacerdos iũctis manib⁹ i medio altaris hoc modo



Hostias ꝑ p̄ces tibi dñe offerim⁹. Chorus respondeat. Tu suscipe pro animabus illis quarũ hodie memoriã agimus: fac eas dñe de morte transire ad vitã Et interim dicat sacerdos priuatim In spiritu humilitatis: more solito. Deinde cõuersus ad populũ dicat similiter priuatim. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Et chorus respondeat cantãdo ℣. Requiẽ eternã dona eis domine: ꝑ lux perpetua luceat eis. Quã olim abrahe promisisti et semini eius. In oïbus vero alijs missis pro defunctis q̄ ferialiter dicuntur nec quãdo vltimo ante pascha cõpletur officiũ mortuoꝝ/nec etiã in die animaꝝ dicitur. In die animarum tantum. Offer. O pie deus qui primũ hominem ad eternã gloriam reuocasti: pastor bone qui ouem perditã pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dũ veneris iudicare libera de morte aïas corquas redemisti: ne tradas bestijs aïas confitentes tibi: ne derelinquas eas in finem.

¶ Ante diẽ sepulture. Secreta.

Suscipe quesumus domine misericors pater oblationẽ quã tibi offerimus pro aïa famuli tui N. quã hodie de carnali corruptione liberasti: et cõcede/vt ab omnib⁹ humane cõditionis excessibus his remedijs expietur/et ĩ requie sempiterna diẽ resurrectiõis prestoletur. Per. In oïbus missis pro corpore p̄senti ꝑ in omnib⁹ anniuersarijs ꝑ trigintalib⁹: et in die animarũ: ꝑ quando vltimo fit seruitium mortuoꝝ ante pascha dicitur hec. Cõio. Pro quorũ memoria corpus christi sumitur: dona eis dñe requiem sempiternã. ℣. Et lux perpetua luceat eis Pro quorũ memoria sanguis christi sumitur dona eis dñe requiem sempiternam. In oïbus alijs missis pro defũctis dicit᷑ hec. Cõio. Lux eterna luceat eis domine cũ sanctis tuis ĩ eternũ/quia pius es. cũ ℣. Requiem eternã dona eis dñe ꝑ lux p̄petua luceat eis. Et cũ repetitiõe Cũ sanctis tuis in eternum quia pius es.

¶ Secundũ oẽs libros sarũ. ecclesie ante diẽ sepulture. Postcõio.

Presta quesum⁹ omnipotẽs deus: vt animã famuli tui N. ab angelis lucis susceptam: in p̄parata habitacula deduci facias beatorum. Per dñm. ¶ In die sepulture cuiuscũq̄ corpus fuerit dicitur ista. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹ misericordiã tuã supplices deprecamur: vt animã famuli tui cuius corpori debitũ sepulture officium persoluim⁹: in sinum abrahe patriarche tui iubeas collocari: vt cũ dies agnitiõis tue aduenerit

inter sctõs ꝛ electos tuos eũ resusci
tari precipias. Per dñm Secreta.
Suscipe domine pro anima famuli tui hostiam quã te deo patri obtulisti pro nobis benigne: et quia causa hominũ descendisti de celis: te redeunte sanctorũ tuorũ mereaꝛ adiungi consortijs Per te saluator mundi. Qui cum deo patre et spi. Postcõio.
Presta quesumus dñe: vt anima famuli tui cui corpi hodie officia humanitatis exhibem9 his sacrificijs expiata: saluationis tue perpetuo munere gratuletur. Per do. ¶ In die trigintali. Orõ
Deus cui propriũ est misereri semper et parcere: propiciare anime famuli tui: et oĩa eius peccata dimitte: vt mortis vinculis absolutus/ trãsire mereatur ad vitam. Per dominũ. Secreta.
Intuere qs omnipotẽs eterne deus: et placatus suscipere dignare hoc sacrificiũ quod tibi offerimus pro aĩa famuli tui: et cõcede illi pacẽ perpetuã et requiẽ sempiternã. Per dñm. Postcõio.
Prosit qs domine anime famuli tui/ diuini celebratio sacramẽti: vt eius in quo sperauit et credidit: eternum capiat te miserante consortiũ. Qui tecum viuit
¶ In anniuersarijs. Oratio.
Deus ĩdulgẽtiaꝝ dñe: da aĩe famuli tui cuius anniuersariũ depositiõis diẽ cõmemoram9: refrigerij sedẽ/ quietꝭ beatitudinẽ/ luminis claritatẽ. Per. Secreta.
Propiciare qs domine supplicationibus nostris ꝑ anima famuli tui cuius hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerim9 sacrificium laudis: vt eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per dominũ. Postcõio.
Presta quesum9 dñe/ vt anima famuli tui cui9 anniuersariũ depositionis diẽ recolimus: his purgata sacrificijs ĩdulgentiã pariter ꝛ requiem capiat sempiternam. Per. ¶ Pro epis. Oratio.
Deus qui inter apłicos sacerdotes famulos tuos põtificali fecisti dignitate censeri: presta quesumus: vt quorũ vicẽ ad horã gerebãt in terris: eoꝝ ꝑpetuo consortio letẽtur in celis. P. Secreta.
Offerim9 tibi dñe oblationẽ nostre seruitutis/ pro aĩab9 famulorũ tuorum pontificũ supplicantes: vt cũ presulib9 apłice dignitatis quoꝝ sunt executi officiũ habere mereanꝛ sempiterne beatitudinis portionẽ. Per. Postcõio.
Proficiat quesum9 domine animabus famulorũ tuoꝝ pontificum diuini celebratio mysterij: vt quos in terris positos huius muneris dispensatores esse fecisti: inter electos antistites eos iubeas cõnumerari. Per dñm nrm.
¶ Pro fratrib9 et sororib9. Orõ.
Deus venie largitor ꝛ humane salutis auctor/ quesum9 clementiã tuam: vt nostrarũ congregationũ fratres et sorores qui ex hoc seculo trãsierunt: intercedẽte beata maria semper virgine/ et beato michaele archangelo cũ omnibus sanctis/ ad perpetue beatitudinis consortium peruenire con-

cedas. Per dn̄m. Secreta.

Deus cuius mīe non est numerus: suscipe ꝑpitius preces hūilitatis nr̄e: ⁊ aiabus fratrū et sororꝝ nostrarū congregationū quib⁹ tui nominis dedisti cōfessionem: per hec sacramēta salutis nostre/cūctorꝝ remissionē tribue peccatorum. Per dn̄m. Postcōio.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt anime fratrū ⁊ sororum nostrarū congregationū pro quibus hoc sacrificiū laudis tue obtulimus maiestati: per huius sacramēti virtutē a peccatis oīb⁹ expiate lucis perpetue te miserātē recipiāt beatitudinē. P. ¶ Pro bn̄factorib⁹. Or.

Omnipotēs et misericors de⁹ vnica salus mortaliū: te supplices exoram⁹ pro aiab⁹ famulorum famularūqꝫ tuaꝝ/ parentū et bn̄factorū nostroꝝ: vt intercedēte beata dei genitrice maria cū oīb⁹ sanct͛ tuis/peccatoꝝ eis largiri digneris īdulgentiā/⁊ in nouissimo die beate resurrectiōis leticiā. Per eundē dominū nostrū. Secreta.

Sanctifica q̄s domine hec fideliū oīm vitalia sacramenta: ⁊ per ea īteruenīēte beata dei genitrice maria cū oīb⁹ sanctis tuis concede: vt hoc ipsum ꝑficiat aiabus famuloꝝ famularūqꝫ tuaꝝ parentū et bn̄factorū nostroꝝ: vt ab oīb⁹ viciȷs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundē dominum nostrum iesum. Postcōio.

Uiuificet nos q̄s domine salutare quo pasti sumus sacramētū/ et interueniēte beata dei genitrice maria cum oīb⁹ sanctis tuis concede: vt hoc ipsum ꝑficiat aiab⁹ famuloꝝ famularūqꝫ tuaꝝ parētū et bn̄factoꝝ nostroꝝ: ad promerendā tue ꝑpiciationis gratiā/ et ꝑcipiendā future resurrectionis gloriā sempiternā. Per eundē dominū nr̄m. ¶ Pro abbate. Orō.

Presta q̄s dn̄e: vt anima famuli tui abbatis quē ī hoc seculo cōmorantem sacris muneribus decorasti: ī celesti sede gloriosa semper exultet. Per. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e hostias quas tibi ꝓ anima famuli tui abbatis humiliter immolamus obsecrantes misericordiā tuā: vt cui sacerdotale officium contulisti/dones et meritum. Per. Postcōio.

Concede quesum⁹ omnipotens deus: vt per hec sancta mysteria anima famuli tui abbatis in conspectu tuo clara cōsistat/ qui tibi fideliter ministrauit. Per dn̄m no. ¶ Pro sacerdote. Orō.

Deus cuius misericordie nō est numerus/ suscipe ꝓ anima famuli tui sacerdotis p̄ces nostras: et lucis ei leticieqꝫ regionem in sanctorum tuorum societate cōcede. Per dominū. Secreta.

Quesumus domine deus noster: vt oblationem quam tibi offerimus pro anima famuli tui sacerdotis placatus accipias: ⁊ quem tuis altarib⁹ seruire tribuisti: ad beatorum peruenire iubeas consortia sacerdotum. Per dominum nostrum iesum. Postcōio.

Presta q̄s omnipotens deus per hec sancta mysteria ani

me famuli tui sacerdotis eterne felicitatis cõsortium: cui donasti sacri altaris cõsequi ministeriũ. Per.

Pro patre et matre. Oratio.

Deus qui nos patrem et matrem honorare p̃cepisti: miserere clemẽter aĩabus patris et matris mee eorumque peccata dimitte: meque eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per. Secreta.

Suscipe domine hoc sacrificium quod tibi pro animabus patris et matris mee offertur/ eisque gaudiũ sempiternũ in regione vivorum cõcede: meque cum eis felicitati sanctorum adiunge. Per dominũ nostrũ iesum. Postcõio.

Celestis dñe participatio sacramenti animabus patris et matris mee requiẽ et lucem obtineat perpetuam / meque cum illis gratia tua coronet eterna. P do.

Pro quolibet defuncto. Oro.

Deus cui soli cõpetit medicinã prestare post mortẽ: tribue q̃s: vt aĩa famuli tui ab oĩbus exuta peccatis/electorum tuorum societatibus aggregetur. Per do. Secreta.

Suscipe q̃s dñe hãc oblationem quã tibi offerimus pro aĩa famuli tui: vt requiẽ eternam dones ei iter sãctos et electos tuos: quatenus illorum consortio et vita perfruatur eterna. Per. Postcõio.

Ascendãt ad te domine preces nostre/ et per hec sancta que sumpsimus anima famuli tui gaudia eterna suscipiat: vt quẽ fecisti adoptionis participẽ/ iubeas hereditatis tue esse consortẽ. Per.

Pro amico defuncto. Oro.

Adiuua nos deus salutaris noster: et beatissime dei genitricis semperque virginis marie precibus exoratus: animã famuli tui i beatitudinem sempiterne lucis constitue. Per dñm. Secreta.

Suscipe quesumus domine hostias placatiõis et laudis quas i honore beate dei genitricis marie nomini tuo cõsecrandas offerimus: et pro requie famuli tui tibi suppliciter iploramus. Per dominum nostrũ iesum. Postcõio.

Ascendant ad te dñe preces nostre et anima famuli tui gaudia eterna suscipiat: et quẽ fecisti adoptionis participem: intercedẽte beata dei genitrice maria: iubeas hereditatis tue esse consortẽ. Per eundem dominũ.

Pro defuncto morte preuento. Oratio.

Omnipotẽs et misericors deus in cuius potestate humana cõditio cõsistit/ aĩam famuli tui quesumus ab omnibus absolue peccatis: vt penitentie fructũ quem voluntas eius optauit: preuentus morte nõ perdat. Per dñm. Secreta.

Satisfaciat tibi domine quesumus pro anima famuli tui sacrificii presentis oblatio/ et peccatorum veniam quam quesiuit inueniat: et quod officio vocis iplere non potuit: desiderate penitentie fructũ te largiente perficiat. Per dominũ nostrũ iesum. Postcõio.

Deus a quo prestatur humanis cordibus omne quod bonum est/ tribue per hec sancta q̃ sumpsimus: vt sicut aĩe famuli tui penitentiã velle donasti: sic indulgẽ

tiā tribuas miserat⁹ optatā. Per.
Pro masculis familiarib⁹. Orō.
Omnipotens sempiterne de⁹ cui nunq̄ sine spe misericordie supplicat: ꝓpiciare aiabus famulorū tuorum: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt: sanctorū tuorū numero facias aggregari. Per. Secreta.
Propiciare q̄s dn̄e animab⁹ famulorum tuorū pro quibus hostias tibi placationis offerim⁹: et quia in hac luce in fide māserūt catholica: i futura eis vita misericordissima retributio condonetur Per dominū nostrū. Postcōio.
Hec nos communio dn̄e purget a crimine: et animabus famulorū tuorum celestis gaudii tribuat consortium: vt ante tribunal glorie christi tui segregati cū dextris: nichil cōmune habeant cū sinistris. Per eūdem dominum.
Pro feminis familiarib⁹. Orō
Quesum⁹ dn̄e pro tua pietate miserere aiab⁹ famularū tuarum: et a ꝯtagiis mortalitatis exutas: i eterne saluationis partem restitue. Per dn̄m. Secreta.
His sacrificiis dn̄e aie famularū tuarū a peccatis oibus exuātur: sine quib⁹ a culpa nemo liber existit: ꝛ p̄sta / vt p hec pie placationis officia / ꝑpetuā miam cōsequātur. Per dn̄m. Postcōio.
Inueniāt q̄s domine anime famularum tuarū lucis eterne consortiū: cuius perpetue misericordie cōsecute sunt sacramentum Per dominū nostrum iesum chri.
Pro femina defuncta. Oratio.
Maiestatē tuam q̄s domine suppliciter deprecamur: vt aia famule tue ab oib⁹ q̄ humanitus cōmisit exuta: in tuorum cē seat sorte iustorum. Per. Secreta.
Hostias tibi domine humili supplicatione deferimus deprecātes maiestatē tuā: vt anima famule tue per hec pie placationis officia / ꝑuenire mereat ad requiē sempiternā. Per dn̄m. Postcōio.
Presta q̄s domine anime famule tue misericordiā sempiternā: vt eā mortalib⁹ nexib⁹ expeditā: lux eterna possideat. Per. dominū. Pro trigitalib⁹. Orō
Inclina domine aurem tuā ad preces nostras quib⁹ misericordiā tuā supplices dep̄camur: vt aias famulorū famularūq; tuarum quas de hoc seculo migrare iussisti: i pacis ac lucis regione cōstituas / et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per dominum nostrū iesum. Secreta.
Animas famulorū famularumq; tuarum q̄s domine ab omnibus viciis cōditionis humane hec absoluat oblatio: q̄ etiā toti⁹ mūdi tulit imolata peccatū. Per dominū nostrū. Postcōio.
Annue nobis domine ꝑ hoc sacrificiū quod sumpsim⁹ vt anime famulorum famularumq; tuarum remissionē quam semper optauerunt / mereantur percipere delictorū. Per dominū nostrum.
Pro benefactorib⁹. Orō.
Miserere q̄s domine animabus omniū benefactorum nostrorū defūctorum: ꝛ ꝑ bn̄ficiis

que nobis largiti sũt in terris: pre
mia eterna consequantur in celis.
Per dominũ nostrum. Secreta.
PLaceat tibi domine sacrifi-
cij presentis oblatio pro no
stra omniũq; benefactorũ nostro-
rum salute: quor quarũq; memo
riam speciali affectu recolim?: om
nibusq; christianis viuis ac defun-
ctis miserere propicius. Per dñm
nostrum iesum christu. Postcõio.
SUmpta sacramenta domi-
ne nos absoluãt a vinculis
peccatorum: et animabus omniũ
benefactorum nostrorum defũcto
rum/consortia obtineant spiritu-
um beatorum. Per dñm. ¶Pro
quiescẽtibus in cimiterio. Orõ.
DEus in cuius miseratione
anime fidelium requiescũt
aiab? famulorũ famularũ-
q; tuarum omnium hic et vbiq; in
christo quiescẽtium: da propicius
veniam peccatorum: vt a cunctis
reatibus absoluti: tecum sine fine
letent. Per dñm nostrũ. Secreta.
PRo aiabus famulor famu-
larũq; tuarũ oim hic et vbi
q; in christo quiescẽtiũ: hostiã dñe
suscipe benign? oblatã: vt hoc sa-
crificio singulari vinculis horrẽde
mortis exute vitã inuenire mereã
tur eternã. Per eundẽ. Postcõio.
DEus fideliũ lumen anima-
rum: adesto propicius iuo-
cationib? nostris: et da famulis et
famulabus tuis quor corpora hic
et vbiq; in christo requiescunt: re-
frigerij sedẽ/ quietis beatitudinẽ/
luminis claritatem Per eundem.
¶Pro q̃b? orare tenemur. Orõ.

COncede quesumus domine
deus noster: vt anime famu
lorũ famularũq; tuarũ quo
rum quarũq; cõmemoratione spe
ciali deuotiõe agim?: et p q̃b? ora-
re iussi et debitores sum?: atq; om-
niũ bñfactorũ nostrorũ ac omniũ
consanguineorũ et familiariũ no-
strorum cunctorũq; fidelium in si
nibus sanctorũ tuorũ requiescant
morq; ex mortuis resuscitati/ tibi
placeãt in regione viuorum. Per
dominũ nostrũ iesum. Secreta.
HEc numera q̃s dñe q̃ oculis
tue maiestatis offerim? aia-
bus famulorũ famularũq; tuarũ
quorum quarũq; commemoratio
nem speciali deuotione agimus: et
p quib? orare iussi et debitores su-
mus: atq; omniũ benefactorũ no-
strorũ/ necnõ consanguineorũ no-
strorum ac familiariũ nostrorum
cũctorũq; fideliũ salutaria esse cõ-
cede: vt tua pietate vinculis horrẽ
de mortis exute: eterne btitudinis
mereant esse pticipes. P. Postcõ.
DEus qui inestimabili mise
ricordia animas mortaliũ
ab angustijs trãsfers ad requiẽ/ p-
piciare supplicationib? nostris: p
aiabus famulor famularũq; tua-
rum quorum quarũq; cõmemora
tionẽ speciali deuotione agimus et
pro quibus orare iussi et debitores
sum?: et oim benefactor nostror/
necnõ ɔsanguineor nostror ac fa-
miliariũ nostror cunctorũq; fide-
liũ: vt eas paradiso restituẽs/ i tuo
rum cẽseas sorte iustor. Per dñm
nostrum iesum christum filium.
¶Pro oib? fidelib? defũct. Orõ.

Oratio generalis.

FIdeliũ deus omniũ ꝯditor et redẽptor aiabꝰ omniũ fidelium defunctoꝝ remissionem cunctoꝝ tribue peccatorũ: vt indulgẽtiam quã semper optauerunt: piis supplicationibus consequantur. Qui cum deo patre ⁊ spiritu sancto viuis. Secreta.

HOstias quesumꝰ dñe quas tibi pro animabꝰ omniũ fidelium defunctoꝝ offerimus propiciatus intẽde: vt quibꝰ fidei christiane meritum cõtulisti/ dones et premium. Per dñm. Postcõio.

ANimabus quesumus dñe omniũ fidelium defunctorum oratio ꝓficiat supplicantiũ: vt eas et a pctis oĩbus exuas/ et tue redẽptionis facias esse participes. Per dominũ. ¶ Oratio gñalis.

PIetate tua quesumꝰ domine nostrorum solue vincula omniũ delictoꝝ: et itercedẽte beata ⁊ gloriosa sempꝗ virgine dei genitrice maria cũ oĩbus sanctis tuis: dñm papã reges ⁊ principes episcopos ⁊ abbates ⁊ oẽm plebẽ illis cõmissam: nosꝗ famulos tuos atꝗ loca nostra in omni sanctitate custodi/ omnesꝗ cõsanguineitate ac familiaritate vel confessione ⁊ oratione nobis iunctos seu omnẽ populum catholicũ a viciis omnibꝰ purga/ virtutibꝰ illustra/ pacẽ et salutẽ nobis tribue/ hostes visibiles ⁊ inuisibiles remoue/ pestem ⁊ famem repelle/ inimicis nostris et amicis nostris verã caritatem/ atꝗ ĩfirmis sanitatẽ largire: et iter famuloꝝ tuorum in salutis tue ꝓsperitate dispone/ et omnibꝰ fidelibus viuis ac defunctis in terra viuentiũ vitam ⁊ requiem eternam cõcede. Per eundẽ. Secreta.

DEus qui singulari corporis tui hostia totius mundi soluisti delicta: hac oblatione placatꝰ maculas pctõꝝ nostroꝝ absterge: et oĩm christianoꝝ fidelium viuorum atꝗ mortuoꝝ peccata dimitte/ nobisꝗ intercedẽte beata ⁊ gloriosa semperꝗ virgine dei genitrice maria cũ oĩbus sanctis tuis premia eterna largire saluator mũdi. Qui cum deo patre. Postcõio.

SUmpta sacramenta quesumus domine omnia crimina nostra detergant: omnẽꝗ prauitatem et hostilem impugnationem visibilem et inuisibilem/ seu infirmitatem atꝗ subitam mortẽ meritis beate dei genitricis sempꝑ ꝗ virginis marie ⁊ omniũ sanctorum tuoꝝ intercessione a nobis ꝓcul repellant/ et omnibꝰ fidelibus viuis ac defũctis prosint ad veniã pro quoꝝ quarumꝗ tibi sunt oblata salute. Per eundem dominũ.

¶ Oratio generalis.

SAnctissime dei genitricis sẽperꝗ virginis marie ⁊ beatarũ oĩm celestiũ virtutũ/ sanctoꝝ quoꝗ patriarchaꝝ/ ꝓphetarũ/ apostoloꝝ/ euãgelistaꝝ/ martyrũ/ cõfessoꝝ atꝗ virginũ/ et omnium simul sanctoꝝ tuorũ quesumus oĩpotens deus meritis ac precibus placatus/ tribue nobis misericordiam tuã: ⁊ da populo tuo inuiolabilem fidei firmitatem ⁊ pacem: repelle a nobis hostem et famẽ et pestem: da nobis in tua vir-

tute constantiã et fortitudinẽ. im-
mitte hostibus nostris formidinẽ
et inualitudinẽ/retribue oĩbus no
bis bona faciẽtib? vite eterne bea-
titudinẽ: da inimicis nostris ꝛ per
sequẽtibus nos recognitionẽ et in
dulgẽtiam/concede defunctis no-
stris et oĩbus in xpo quiescẽtib? re
missionẽ oĩm pctõꝝ/ꝛ requiẽ sem
piternã. Per eundẽ do. Secreta.

IN cõspectu diuine maiesta-
tis tue q̃s omnipotens deus
intercedẽte sanctissima dei genitri
ce sempqꝫ virgine maria. ꝛ beatis
oĩbus celestibus virtutib?/sanctis
quoqꝫ patriarchis/prophetis/apo
stolis/euãgelistis/martyribus/cõ-
fessorib? et virginibus: atqꝫ oĩbus
simul sanctis tuis/oblationes no-
stre ꝛ preces acceptabiles ascẽdant
et tua ppiciatione veniam nobis
et pacem tribue. hostem famem et
pestem a nobis repelle. fidẽ/spem
et caritatẽ nobis largire. defensio-
ne tua nos semp protege. hostium
nostrorũ superbiã ꝛ virtutẽ conte
re/oĩbus nobis bona faciẽtib? gra
tie tue abundãtiam tribue/discor
dantes ad pacis bona conuerte/de
functis nostris requiem cõcede/et
oĩbus fidelibus tuis vitam sempi
ternam largire. Per. Postcõio.

PEr huius sacramẽti myste-
rium atqꝫ virtutem q̃s dñe
deus noster omnipotens. sanctissi
ma dei genitrice semperqꝫ virgine
maria. ꝛ beatis oĩbus celestib? vir
tutibus. sctis quoqꝫ patriarchis p
phetis/apostolis/euãgelistis/mar
tyribus/cõfessoribus et virginib?
atqꝫ oĩbus simul sanctis tuis in-
tercedẽtibus: viciorũ nostroꝝ ma
cule deleãtur/et preces nostre in cõ
spectu maiestatis tue acceptabiles
inueniãtur. populusqꝫ tuus a pec-
catis et hostibus liberetur/fidei re-
ctitudine roboretur/hostiũqꝫ no-
strorum superbia et fortitudo pro
sternantur/pestilẽtie et fames pro
cul pellantur/bona nobis faciẽtes
gratie tue abundantia repleantur
discordantes in fraternam pacem
reuocentur/defuncti nostri requiẽ
consequãtur/et omnes fideles tui
vitam eternam adipisci mereant.
Per eũdem. Oratio generalis.

OMniũ sanctoꝝ tuorũ inter-
cessionibus q̃s domine gra-
tia tua nos semper ptege. et
christianis oĩbus viuẽtibus atqꝫ
defunctis misericordiã vbiqꝫ pre-
tende vt viuentes ab oĩbus impu
gnationib? sint tua opitulatione
defensi/et defuncti remissionẽ me-
reantur percipere suorum omniũ
peccatoꝝ. Per dñm. Secreta.

OBlationes nostras q̃s dñe p
piciatus intende et ob tuorũ
omniũ sanctoꝝ honorẽ: veniã no
bis nostroꝝ tribue peccatoꝝ ꝛ chri
stianis oĩbus viuẽtibus atqꝫ defũ
ctis hec p̃sens oblatio/et presentis
vite subsidia et future premia eter
na acquirat. Per dñm. Postcõio.

HEc sacrificia domine q̃ sum
psim? meritis et intercessio
nibus omniũ sanctoꝝ tuorum no
bis ad salutem proficiant: et chri-
stianis oĩbus viuẽtibus atqꝫ de-
functis te fauẽte: eterna ac tempo-
ralia p̃mia benigne acquirãt. Per
dñm nostrũ. Oratio generalis

OMnipotens sempiterne deus qui vivorum dominaris simul et mortuorum/ omniumque misereris quos tuos fide et opere futuros esse pnoscis. te suppliciter exoramus: ut pro quibus effundere preces decrevimus: quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet/ vel futurum iam exutos corpore suscepit: pietatis tue clementia/ omnium delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Per. Secreta.

DEus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. tribue quesumus: ut universorum quos in oratione commendatos suscepimus sive omnium fidelium nomina beate predestinationis liber ascripta retineat. Per. Postcommunio.

PRo celestis convivii iocunditate gratias tibi referimus rex et sacerdos noster/ maiestatem tuam humiliter rogantes: ut hec sacrosancta corporis et sanguinis tui hostia non sit nobis reatus ad penam: sed intercessio salutaris ad veniam/ sit ablutio scelerum/ sit fortitudo fragilium/ sit contra omnia mundi pericula firmamentum/ sit vivorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per te salvator mundi rex glorie. Qui vivis et regnas cum deo patre

¶ Si quis trigintale sancti gregorii celebrare disposuerit: tunc celebret tres missas de nativitate domini. tres de epyphania domini. tres de purificatione beate marie. tres de annunciatione eiusdem. tres de resurrectione domini. tres de ascensione domini. tres de penthecoste tres de trinitate. tres de assumptione beate marie vir. et tres de nativitate eiusdem: ita quod iste misse celebrentur infra octa. dictorum festorum sicut in prima die cum eodem Kyrieleison. Gloria in excelsis. et Credo et sequentia et prefatione. Communicantes et Hanc igitur Sanctus et Agnus/ sicut continetur in canone. et cum istis orationibus subsequentibus: ita quod orationes subsequentes cum oratione de festo sub uno Oremus et sub uno Per dominum dicantur. Et debent dici quotidie per annum Placebo et Dirige. cum novem psalmis et novem lectionibus/ et novem antiphonis. nisi in tempore pascali in quo quotidie cum tribus lectionibus dicetur. et toties dicetur commendatio animarum: ita quod tam ad Placebo quam ad Dirige sit prima oratio Deus summa spes. et etiam in commendatione animarum. et ad missam de die dicatur predicta oratio ab eo qui missam celebrat per totum annum. Oratio.

DEus summa spes nostre redemptionis qui in terra promissionis ante omnes terras nasci elegisti/ mortemque ibidem sustinuisti: libera propicius animam famuli tui N. de manibus demonum/ et eandem terram de potestate paganorum: ut populus qui in te non credit/ per virtutem tuam emendationem habeat et illis omnibus qui in te confidunt: pro tua magna pietate succurre. Qui cum deo patre et spiritu sancto vivis et reg. Secreta.

OMnipotens sempiterne deus redemptor animarum salvandarum et precium redemptionis generis humani miserere clementer anime famuli tui N. et quicquid in eo vicio rum fallente diabolo et propria iniquitate contraxit: tu pius et misericors

abluas indulgēdo & terrā quā sanguine pprio tuo dedicasti: de manib? inimicorū crucis eripias. vota filiorū israel ad ei? liberationē instātiū/in viā salutis eterne misericorditer dirigēdo. Qui viuis & re.

Postcōio.

Deus cuius misericordie non est numerus cui soli cōpetit medicinā prestare post mortē. qui es vita viuentiū/spes morientiū/& sal? oīm in te sperantiū: qui terrā hereditatis tue p pctā filiorū esau pollutā: pcioso sāguine tuo dignat? es cōsecrare. tu animā famuli tui N. p huius virtutē sacramēti a pctis oīb? exuas/ et a penis quas p his meret eripias. et populū incredulū ac rebellē per gratiā tuā facias peculiarē/illisq oībus qui in tua mīa cōfidūt manū auxilij tui pijssime largiendo. Qui viuis & reg. cū deo patre.

¶ Missa pro mortalitate euitāda quā dñs papa clemēs fecit/& cōstituit in collegio cū oībus cardinalibus/et cōcessit oībus penitētib? vere cōtritis & ɔfessis sequentē missā audiētibus. cclx. dies indulgentie Et oēs audiētes sequentē missā debent portare in manu vnā cādelā ardētē dū missā audiūt p qnq dies sequētes & tenere eā i manu p totā missā genib? flexis. et eis mors subitanea nocere nō poterit: & hoc est certum & approbatū in auinione & in partib? circūuicinis Offm.

Recordare domine testamēti tui et dic angelo pcutienti. cesset iā manus tua vt nō desolet terra et ne perdas omnē animā viuā. In tpe pas. alla. ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Oratio.

Deus qui non vis mortem/ sed penitētiā desideras peccatorū/populū tuū qs ad te conuerte ppicius: vt dū tibi deuotus existit. iracūdie tue ab eo flagella clementer amoueas. Per dominum

¶ Lectio libri regum. ij. xxiiij.

In dieb? illis. Immisit dñs pestilētiā in israel de mane vsq ad tēpus cōstitutū: et mortui sūt de populo a dan vsq bersabee septuaginta milia virorū. Cūq extendisset manū suam angelus dñi i sup hierusalē vt disperderet eam: misertus est dñs sup afflictionem Et ait angelo pcutienti populum Sufficit nunc: cōtine manū tuā. Erat autē angelus dñi iuxta areā areuna iebuzei. Dixitq dauid ad dominū: cum vidisset angelum cedentem populū. Ego sum qui peccaui: et ego inique egi. Isti qui oues sunt: quid fecerunt. Vertatur obsecro manus tua cōtra me: et cōtra domū patris mei. Venit autē gad ppheta dñi ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascēde & constitue altare dño: in area areuna iebuzei. Et ascendit iuxta sermonem gad: quem preceperat ei dñs. Gr. Misit dñs verbū suum et sanauit eos: et eripuit eos de interitu eorum. V. Confiteantur dño misericordie eius et mirabilia eius filijs hoim. Alla. V. Saluabo ppl'm meum in medio hierusalē: et ero eis in deū in veritate et iusticia. Sequentia.

Iubilem? pia mēte voce corde concinēte trinitatem col-

laudantes. Patrem prolēq3 prece mur sāctum pneuma veneremur laudis melos cōcrepātes. Omnes vna pclamemus summū deū implorem? misereri vt digneṫ. Cor grauaṫ mens languescit/ iam gēs meret ꝛ plangescit pestis morsum dum veretur. Aura ledit furit pestis morbus vrit nulla mestis spes salutis reddiṫ. Mare fluit mixtū felle iam tēpestas iam pcelle plebs vbiq3 pmitur. Si p malis irascaris tēpus est vt reuertaris pie iesu miserere. Leo lustrans oues qrit nisi presis ouis perit. bone pastor nos tuere. Terra mare firmamē ta queq3 parent elemēta tuo facta numine. Mare nouit te calcātem dū te sentit ambulantē factor ferṫ flumine. Cuncta sistunt te iuben te non mouetur sed repente reddē tur pacifica. Toto nisu tota cura omīs laudat te factura/o virtus almifica. Auras mitte nobis letas pestes prece pcul pelle. Transfer nos ad vite metas/ne nos turbent tot pcelle. Olim culpa nos ligati respirātes cedim?. Corde mesto flagellati/tibi soli credimus. Rex antiqua transgressores conuersos eripuit. Tue legis abusores/ pie dū corripuit. Ioab abner psequē te/et hūc armis insequēte: pce daṫ venia. Ioab vitā ꝯsecutus nocte viā trāsit tut? p mōtis cacumina. Dauidi pphetico vita daṫ termino p delicto graui. Tersum fugit fascinus dū fateṫ vocibus inquiēs peccaui. Ezechias reddit fletū et peccatū est deletū statim vt penituit. Aletū fecit ꝛ pfecit sibi deus hinc adiecit annos ꝛ ꝯstituit. Mitis hester pie mētis p salute sue gē tis assuerum adijt. Hinc fit salus mardocheo crux equatur aaman reo qui suspensus perijt. Virt? iudith de supernis diua dum illuminat. Caput aufert holofernis et captiuos liberat. Mater ergo summi regis tibi nat? christus verus. Nos signauit vmbra legis hester tu hic assuerus. Virgo natū inter cede vt afflictos liberet. Saluet hos a pestis cede quos pie redemerat. Virgo mater maris stella fōs ortorum verbi cella ne nos pestis aut pcella pctōres obruant. Eya mater terge fletum tēpestatis tolle fretum cor mestor redde letū iam preces subueniant. Proles parcit si perorās mater ergo rūpe moras posce tuum filiū. Aura feda rum pens pestis simul cadant cōfer mestis salutis auxilium. Nostros tu us ipse natus tollat penas et reat? nobis prestans consolamen. Sui regni sempiterni vbi ciues sunt superni personemus omnes amen.

¶ Secundū Lucam. iiij.

In illo tpa. Surgēs iesus de synagoga: introiuit in domū symonis. Socrus autē symonis: tenebaṫ magnis febribus. Et rogauerunt illū: p ea. Et stās sup illā imperauit febri: ꝛ dimisit illā Et cōtinuo surgens: ministrabat illis. Cū sol aūt occidisset: oēs qui habebāt infirmos varijs lāguoribus ducebāt illos ad eū. At ille singulis man? imponēs: curabat eos Exibāt aūt demonia a multis: clamātia ꝛ dicētia q2 tu es fili? dei. Et

increpãs non sinebat ea loqui: q̃a sciebãt ipsum esse xp̃m. Facta autem die: egressus ibat in desertũ locũ. Et turbe requirebant eũ: et venerunt vsqȝ ad ipsũ. Et detinebãt eũ: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatib⁹: opoꝛtet me euangelizare regnum dei. Quia ideo missus sũ. Et erat pꝛedicãs in synagogis galilee. Offr̃. Stetit pontifex inter moꝛtuos et viuẽtes habẽs thuribulũ aureũ in manu sua ⁊ offerens incensi sacrificiũ placauit iram dñi et cessauit plaga a domo et a populo israel In tẽpoꝛe pascali all'a. Secreta.

Subueniat dñe q̃s plebi tue sacrificij pꝛesẽtis operatio/ que nos ab erroꝛibus ⁊ terroꝛibus vniuersis potẽter absoluat: et a totius custodiat et defendat perditionis incursu. Per. Cõio. Multitudo languentiũ et qui vexabant a spiritib⁹ immũdis veniebãt ad iesũ. quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcõio.

Exaudi nos de⁹ salutaris noster: et intercedẽte btã dei genitrice maria: ppl'm tuũ ab iracũdie tue hoꝛroꝛib⁹ liberũ: et in misericoꝛdia tua fac tua largitate securũ. Per dñm. Istud euangeliũ cõpositũ fuit ꝑ Johannẽ papã. xxij. apud auinionẽ tertio die ante decessum suũ pꝛo quo cõcessit oĩbus illud dicẽtibus vel audiẽtibus vere cõfessis et contritis trecentos dies indulgentie. ¶ Passio dñi nostri iesu xp̃i: secundũ Johannem.

In illo tp̃e. Appꝛehendit pylatus iesũ: et flagellauit eũ. Et milites plectẽtes coꝛonã de spinis imposuerũt sup caput ei⁹: ⁊ veste purpurea circũdederũt eũ: ⁊ veniebãt ad eũ ⁊ dicebãt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabãt ei alapas: expuentes in eũ. Et acceperũt arũdinẽ: et percutiebant caput eius. Susceperũt autẽ milites iesũ/ et baiulãs sibi crucẽ: exiuit in illũ locũ qui dicitur caluarie/ ⁊ ibi crucifixerũt eũ Et cum eo alios duos hinc ⁊ inde: mediũ autẽ iesum. Postea aũt sciens iesus oĩa que vẽtura erant: dixit. Sitio. Illi autẽ spõgiã plenã aceto isopo circũponentes obtulerũt oꝛi ei⁹. Et cũ gustasset: noluit bibere/ sed dixit. Cõsummatũ est. Et inclinato capite: emisit spiritũ Et statim terra contremuit/ et sol obscuratus est/ et velũ tẽpli scissũ est/ et petre scisse sunt/ et monumẽta aperta sũt: ⁊ qui doꝛmierãt surrexerũt. Que cum vidisset cẽturio dixit. Uere filius dei erat iste. Tãdẽ vnus militũ lãcea latus ei⁹ aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui ista vidit testimoniũ perhibuit: ⁊ scim⁹ q̃a verũ est testimoniũ ei⁹. Dñs vobiscũ. Oꝛem⁹

Domine iesu xp̃e qui man⁹ tuas et pedes tuos ⁊ totum coꝛpus tuũ pꝛo nobis pctõꝛib⁹ in ligno crucis posuisti/ ⁊ coꝛonã spinarum a iudeis in despectu tui sacratissimi coꝛpoꝛis super caput tuum impositã sustinuisti. ⁊ quinqȝ vulnera pꝛo nobis pctõꝛib⁹ in crucis patibulo passus fuisti. ⁊ nos de sacro sanguine tuo redemisti: da nobis q̃s dñe hodie ⁊ quotidie vsũ penitẽtie/ abstinẽtie/ ⁊ patiẽtie. humilitatis/ castitatis/ lumen/ sensũ et intellectũ. veram sciẽtiam vsqȝ

in finē. Per te iesu christe saluator mundi rex glorie. Qui cū patre et spiritu sancto viuis et regnas de⁹ Per omnia secula seculoꝝ. Amen

Missa de sctō sebastiano offm̄.



Egregie martyr sebastiane princeps et ꝓpagator sctissimoꝝ precep toꝝ. ecce nomen tuū in libro vite celestis ascriptū est ⁊ memoriale tuū nō derelinquet in secula. ps. Benedicā dominū: in omni tempore. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus q̄ meritis bti sebastiani martyris tui gl'iosissimi quādā generalē pestē epidimie hoībus pestiferā reuocasti. presta supplicib⁹ tuis: vt qui ꝓ simili peste reuocāda ad ipsum sub tui cōfidentia cōfugerint: ipsius meritis ⁊ precibus ab ipsa peste epidimie et ab omī tribulatione liberētur. Per dn̄m. Epl'a. Beatus vir qui in sapiētia. In cōi fo. iiij.

Gr. O sctē sebastiane xp̄i athleta gloriosissime qui ꝓ xp̄o reliquisti terrene milicie principatū ⁊ suscepisti magnū supplicium intercede pro nobis ad dn̄m. V. O sctē sebastiane xp̄i martyr egregie cui⁹ meritis tota lōbardia fuit liberata a peste mortifera. libera nos ab ipsa et a maligno hoste. All'a. V. O sctē sebastiane nos trementes ac flentes imploramus tuū clemēs auxiliū vt possimus obtinere ꝑ te pestis mortifere apud xp̄m remediū. In tp̄e pascali scd̄m All'a. V. O q̄ gloriosū est tēplū tuū beate sebastiane in quo diuina est ꝓmissio et pctōrum remissio splēdor et lux perpetua et sine fine leticia. Sequentia

Omnes vna decātem⁹ et martyris ꝓsonemus laudē sebastiani. Hic a deo est electus ꝑ quē morbus est eiectus lāguoris pestiferi. Nam se xp̄o totū vouit qui vult nos hūc venerari xp̄s eū nūc promouit in patria celesti. Cunctis hic subuenit mestis statim est sedata pestis sui causa meriti. Ipsū si nūc deprecemur nomen quoq̄ veneremur martyris sāctissimi Morbus iste nō nocebit sed mortiferum delebit populū qui tenuit Nos pro nostris tātis malis iam absorbet pestis talis q̄ tota gēs gemuit. Sancte martyr sebastiane salua nos a morte epidimie. Nostra grauia ob pctā terra ista desolata nō sit pie quesum⁹. Sed nos cōsidera ⁊ in nobis cessa pestē iam te petimus. Ista per te gens sit tuta et ne noceat acuta febris hec ī anglia. Ex quo nr̄a spes est tota ī te martyr nūc remota sit pestis mortifera. O sctē sebastiane nostre gētis anglicane conseruator et tutor sis. Et dn̄m deprecare vt a nobis reuocari valeat vesana pestis. Ex tua sctā prece ne sit morbus nobis nece. Sed recedat ab hac domo. Amen dicat oīs homo. Euāgel'. Nisi granū frumē. In cōi fo. iiij.

